legans fundum alienum, ſi ſciat eſſe alienum, hæres cogitur in totum redimere, alias in nihilo valeret legatum, dicta l. ſerui electione. §. cum fundus, nume.15.fol.15. & in l.quod in rerum,§.ſi vſumfructum, eodem titu.numero 6 — 93

Quid ſi teſtator habeat ius in re aliena per eum legata, ſed poſt mortem tranſiuit ad alium, in d.§.ſi vſumfr.nu.9 — eod.

legata ſcienter re aliena, debetur legatario æſtimatio. in l.filiusfam.§.diui, in 2.lect.nu.57 — 130

legatum factum de re aliena omnino extinguitur etiam quo ad æſtimationem, ſi deſinat poſſe præſtari, ſecus ſi non deſinat poſſe præſtari, licet dominus illius rei nunc nolit alienare, quia tunc debebitur æſtimatio, l. ſi alienum, de leg.1.nu.2 — 51

legatum an & quando conſiſtere poſſit in rebus alienis, licet cum difficultate haberi poſſint, in lege, apud Iulianum, §.conſtat, numero 1.2.& ſequent. — 58

leg.rei alienæ factum a ſciente, licet de iure ciuili valeat, tamen ſecus eſt de iure canonico, ſiue ſit eccleſiæ, ſiue alterius, ibid.nu.33 — 59

legans rem alienam, ſi in ea habeat aliquod ius, videtur ſolũ legare ius quod habet in re, vel ad rem,l.ſeruum filij.de leg.1.nu.8 — 63

legatum rei alienæ factum a teſtatore ſciente, ſemper valet vſq. a principio, ibid.nume.12

legans ignoranter rem alienam coniunctæ perſonæ, intelligitur grauare hæredem quod eam redimat, & tenetur eam redimere,l.ſi res obligata.de lega.1.nu.7.& 13 — 83

legatum rei alienæ, & legatum rei obligatę, ęquiparatur, & quando hęres teneatur eas luere & liberare, ibid.nu.25 — 84

legata re aliena ab hęrede redempta, & legatario tradita, & demum a legatario euicta, non tenebitur vlterius hęres legatario, ex quo ſemel exburſauit pretium, ne de duplici onere grauetur, ſed tenebitur cedere legatario actionem de euictione, quam habet contra venditorem, & quando nõ procedat, in l.ſi domus,§.de euictio.de lega.1.nu.39 — 93

legata re aliena ignoranter coniunctę perſonę, hęres tenetur de euictione, & quando tale legatum non valeat, ibi.num.30.& 31

legata re aliena ſcienter, non cogitur hęres eam redimere pro immenſo pretio, ſed iuſto, ſcilicet pro eo, quod iudex arbitrabitur, niſi ſemel potuit eam habere iuſto pretio, & tunc non poteſt, immo debet condemnari vltra veram ęſtimationem ad intereſſe poſt moram, d.l.ſi domus,§.in pecu.nume 12 — 94

Si quis legauerit rem ſuam vt alienam, valet legatum, ſecus econtra, l.ſi fundum ſub conditione,§.ſi Titius.de leg.1.nu.3 — 105

legata mihi re aliena, puta Titij, quę eſt pignorata Seio, an hęres teneatur redimere

dimere talem rem a domino, & etiam liberare a Seio habente pignus, l. ſi tibi homo, de leg. 1. nu. 4 117
Quid ſi teſtator ignorabat eam eſſe alienam, ibi. no. 5
legatam rem, etiam ſi fuerit aliena, an hæres teneatur facere accipientis, & ſic legatarij, taliter quòd non poſſit ab eo euelli, & teneatur de euictione, d. l. ſi tibi homo, nu. 4 eod.
legans rem meam alteri me expreſſè conſentiente, cum ex hoc eſſet ſibi ius legandi quæſitum, quòd non poſſim per pœnitentiam illud impedire, nec conſenſum præſtitum reuocare, etiam ſi teſtator ignoret rem eſſe alienam, dummodo conſentiens ſciat, l. ſi fundum per fideicommiſſum. de leg. 1. nu. 42 122
legatario an & quando competat actio ex teſtamento contra conſentiētem teſtatori leganti rem ipſius conſentientis, licet eo caſu teneatur hæres teſtatoris ad legatum, dicta l. ſi fundum per fideicommiſſum, numero 36 & 40 eo.
legando quis in teſtamento vni ex filijs fundum ſibi pignoratum, quem aſſerit ſe emiſſe a debitore, & debitor ſe ſubſcripſit in eo teſtamento tanquam teſtis, an ſibi præiudicet, in dicta l. ſi fundum per fideicommiſſ. numero 37 eo.
¶De legato debiti, & rei legatarij alteri obligatæ, vel pignoratæ, & de rebus legatarij eidem legatario legatis, & rebus legatis a legatario emptis, vel ex alia cauſa acquiſitis.
legatum de eo, quod debeo, ab aliquo teſtatore factum creditori meo, valet, ſecus in debito proprio ipſius teſtatoris, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, de leg. 1. nume. 13 90
legando quis Sempronio decem, quæ Titio debet, valet legatum. l. huiuſmodi, §. cum pater, de leg. 1. nu. 4 111
legari mihi non poteſt res mea propria, l. ſi res obligata, de lega. 1. nu 26. fol. 84 & l. non quocunque, §. ſi ex bonis, eo. tit. nume. 4. fol. 106. & in l. cætera, eo. tit. num. 17 60
legari mihi poteſt res mea ſub conditione, ſi deſierit eſſe mea, & tamen ſi legatur ſimpliciter, non valet, nec poſtea reconualeſcit propter regulam Catonianam, l. id quod apud hoſtes, de leg 1. nom. 18. fol. 21, & l. cætera, eod. tit. num. 12 60
legatum mihi factum de re mea, non valet, ſi mea fuerat tempore legati: tamen econtra, ſi tempore teſtamenti res non erat mea, legatum non fit inutile, ſi poſtea efficiatur mea ex alia cauſa, l. planè, §. quod ſi rem. de legat. 1. nume 8 48
Libelli forma quæ ſit, quando quis conſecutus eſt rem legatam ex cauſa onerosa vel lucratiua, & habet onus annexum, & vult agere ad æſtimationem rei legatæ, ibid. nu. 6
legatarius quando rem ſibi legatam valentem viginti emit pro decem, poteſt petere & conſequi ab hærede ſolum illa decē, quæ ſibi abſunt, & non viginti, ibid. nu. 7
legatum factum alicui de eadem re debita ipſi legatario ex ſtipulatione ex cauſa lucratiua, ſemel tantum debetur, l. huiuſmodi, §. ſi Sempronius, de lega. 1. nu. 2 109
legatum mihi factum de re mea poteſt valere, quando res non erat mere irreuocabiliter mea, l. apud Iulia. §. ſi Titius, de leg 1. nu 1. 2. & 3 56
legans vaſallum ſibimet vaſallo, videtur ſibi legare liberationem a iure vaſallagij, l. cætera, §. qui ab hoſtibus, de leg. 1. nu. 2 62
legari mihi poteſt res mea, quando non eſt plene mea, ſed deficit mihi aliquod ius, quod habet legans: & quid ſi erat alteri pignorata, vel poterat auocari, vel ſi ſit legatum ſub conditione, in l. ſi domus, §. ſi fundus, de lega. 1. nu. 2. fol. 94 in l. ſi tibi homo. eo. ti. no. 2 117
legari mihi poteſt res mea tanquam non mea, quæ poteſt a me auocari, l. nō quocunque, §. ſi ex bonis, de leg. 1. nu. 1. & 7 106. & 107
legatum factum mihi de re mea, quæ debet ius ſeruitutis alteri, non valet, quamuis illud ius mihi abſit, l. ſi tibi homo, de lega. 1. nu. 15 117
legans mihi rem meam alteri obligatam, intelligitur legaſſe, quòd hæres teneatur eam indiſtinctè luere, l. ſi res obligata, de leg. 1. nu. 26 84
legatum mihi factum de re mea, quam alteri debeo actione perſonali, an valeat, in d. l. non quocunque, in d. §. ſi ex bonis, num. 4 106
legatum factum debitori de re obligata, quòd videatur ſolum legata liberatio ab hypotheca, l. ſi tibi homo, de lega. 1. nu. 6 117
Quid ſi teſtator ignorabat rem eſſe debitoris, ibi.
legans mihi ſimpliciter rem meam mihi pignoratam, quam habet in pignore, an in dubio cenſeatur ſolum mihi legare liberationem pignoris, & non remiſſionem debiti principalis, l. ſi tibi homo, de legatis 1. numero 11 eod.
¶De legato rei teſtatoris alteri pignoratæ, vel obligatæ.
legato facto alicui de re pignorata, an hæres teneatur eam luere ſeu redimere, non autem legatarius, l. ſerui electione, §. cum fundus, ff. de leg. 1. nu. 3. fol. 13. & l. apud Iulia. §. hæres cogitur. eo. tit. nu. 2. fol. 57. & l. ſeruum filij, §. ſi idem ſeruus. eod. tit. nu. 5 64
legatam rem, quæ eſt pignori obligata, hæres tenetur in tribus caſibus liberare, & qui ſint illi caſus, in l. ſi res obligata, de leg. 1. nu. 1. 2 6. & 9. & num. 22. 24. & 26 83. & 84
Si legatarius luat rem ſibi legatam, an & quando ei competat actio ex teſtamento, & quando ei a creditoribus cedendæ ſint actiones contra hæredem, vel exceptiones, vel officio iudicis, l. ſi res obligata, de legat. 1. nume. 20. 21 & 29 eo.
legans rem ſuam alteri obligatam, non videtur legare tale, ſcilicet ius luendi, quod habet, ſed hæres in tribus caſibus tenetur eam liberare, vt ibi. nu. 2. 4. 6. 9. 14. & 18. & 26
legatam rem in teſtamento ſi teſtator poſtea pignorauit, non intelligitur legatam reuocaſſe, immo hæres tenetur eam luere, & liberare, niſi ſit pignorata pro tanto quantum valet, quia tunc cenſetur aliena, d. l. ſi res obligata, nu. 15. & 23. eo.
legans rem ſuam propriam alteri pignoratam, quare intelligatur grauato hæredem deliberando pignus, non autem intelligatur legare ſolum ius quod habet, in l. ſi domus, §. de euictione, de leg. 1. nu. 26 93
¶De legato rei teſtatori debitæ.
Legatum poteſt relinqui ab omni debitore teſtatoris, & vide limitationes in l. ſi pecunia, de lega. 1. nu. 8 102
legatum de re aliena teſtatori debita ex contractu, ſi fiat alicui, videtur teſtator legare actionem, quam habet ad ipſam rem, quam hæres cedendo liberatur. & quando cogatur hæres agere contra debitorem, in l. apud Iulianum, §. ſi Titius, de leg. j. nu. 18. & 19 56
Quid ſi debitum ſit alternatiuum, in l. ſi ſic legatum, §. ſi quis ita. de lega. j. numero 1. & 10 101
legatum ſi fiat ſimpliciter alicui de re teſtatori debita ex contractu, non obſtante tali legato, illa res poteſt ſolui hæredi, nec legatum extinguitur, in d. l. apud Iulianum, §. ſi Titius, nu. 21 56
legans rem ſibi debitam, non cenſetur legare expreſſe nomen debitoris, ibidem. eod.
Quod licet ex cauſa legati rei debitæ teſtatori non teneatur hæres præſtare expenſas litis pro recuperanda re, tamen tenetur præſtare expenſas, quæ requiruntur faciendo ceſſionem, puta ſoluendo gabellam pro ceſſione, d. §. ſi Titius, nu. 25 56
legatum nominis debitoris, an extinguatur, ſi debitum fuit a teſtatore exactum. l. cætera, §. ſed ſi parauerit, de leg. j. nu. 22 62
Quid ſi legatur illud, quod debetur teſtatori, & teſtator viuens exigat, in l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, de leg. j. nu. 7 100
legatum chirographi, & nominum debitorum, ſeu contractus continet ſubſtantiam debiti, & debent cedi iura legatario. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum, de leg. j. nu. 1. 2. & 3 64
legans librum ſeu codicem rationum, intelligitur legare debita & credita in eo deſcripta, d. §. eum qui. nu. 3 eo.
legatario nominis debitoris ſufficit, quod hæres cedat actionem, & cuius ſumptibus detur inſtrumentum debiti legatario, in dicto §. eum qui, numero 8 eod.
legato facto alicui de eo, quod Titius debet teſtatori, expreſſa certa quantitate, videtur legatum nomen debitoris, & ſic actio contra illum tertium, vnde hæres liberatur cedendo eam contra ipſum, qui ſi nihil debeat, legatū non valet. & quis teneatur tunc ad expenſas litis, in l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, de leg. j. nu. 6. fol. 100. & §. ſeq. nu. 8 102
legans vnum debitum duobus, quòd videtur vni legaſſe liberationem, & alteri quantitatem, d. §. ſi mihi, nu. 12 109
legata quantitate relicta debitori, quæ ſola erit in hæreditate, quæ erat, puta centũ ex illis legatentur alij centum, an tunc debitor liberatur in totū, an alius legatarius habebit partem, l. ſi quis teſtamento, §. apud Iulianum, de leg. j. num. 8 102
Creditori ſi quis legauerit quod ei debet, valet legatum, ſecus in legato proprij teſta. in l. ſi ſic legatum, §. ſi mihi, ff. de leg. j. num. 15 101
Creditor ſi legat fundum ſibi pignoratum vni ex filiis, quem dixit ſe emiſſe a debitore, non præiudicat debitori, in l. ſi fundum per fideic. ff. de leg. j. numero 36. & quid ſi debitor ſe ſubſcripſit in tali teſta. tanquam teſtis, eo. numero 122
legans alicui illud, quod talis legatarius aliquando debuit ipſi teſtatori, ſi teſtator ſciuit debitum non ſubeſſe, valet legatum, ſi iſte legatarius antea fuerat debitor, & ante teſtamentum ſatiſfecit, in d. l. ſi ſic legatum, in §. ſi mihi, num. 13. & 14 102
legatum eius, quod erat debitum a duob. reis debendi, ſi relinquatur duob. ſeparatim, tenetur hæres uni cedere actionem, & alteri æſtimationem ſoluere, acceptilatione tamen facta per teſtatorem uni ex reis debendi, vtriuſque legatum extinguitur, l. non quocunque, §. qui Caium, de leg. 1. nume. 1. 3. 8. & 9 107
An extinguatur per ſolutionem unius rei, ibi. no. 11
legari poteſt hypotheca ſine principali debito, in l. ſi domus, §. ſi fundus, de leg. j nume. 10 94
¶De legatis factis creditori.
legatum ſi relinquatur creditori per fideiuſſorem de eo, quod ei debet, vel legatarium grauat eidem ſoluere ex tali legato, agit debitor, & hæres fideiuſſoris, l. ſi fideiuſſor, de le. j. nu. 1. 2. 3. 5. & 9 72
legatum creditori de re debita eidem, factum non animo compenſandi, ſed animo duplicandi, non valet, l. huiuſmodi, §. ſi Sempronius, de leg. primo, numero 3 109
An & quando legatum factum creditori valeat uel non, vide ſupra in rubri. qui & a quibus legari poſſit, & ſupra in rubri. de legato debiti &c.
¶De legatis quantitatis.
Quantitas eadem ſi legetur eidem perſonæ ſub diuerſis orationibus, uſfertur quantitas multiplicata, in l. ſi quis teſt. ff. de lega. j, nom. 4 102
Quantitas ſi legetur duobus ſub ea oratione, non cenſetur legata cuilibet inſolidum, ſed vna inter ipſos diuidenda, in l. ſi quis teſt. ff. de leg. primo, numero 2 eo.
legata quantitas debet præſtari per hæredem, vbi petitur, in l. cum res, ff. de le. j. num. 15. & 16 68
Quantitas expreſſa in legato minuitur propter cauſam adiectam, in l. huiuſmodi, §. cum pater, ff. de leg. j. nu. 20 110
legato certæ quantitatis facto ad pondus, non dicuntur eſſe tot legata quot pondera, ſed dicitur vnum legatum, propter unum nomen numerale. l. ſi toto, §. ſi ita legatum, de leg. j. nu. 13 50
legatum de eo, quod conſtat pondere, numero, vel menſura factum, ſi non legatur ſimpliciter, ſed prout eſt in certo loco, tunc iudicatur ut ſpecies, nō vt quantitas. l. talis ſcriptura, de leg. j. num. 1. & 6 42
legatum quantitatis, vt ſpecies, iudicatur vt ſpecies, l. ſi ſeruus plurium, §. ſi numerus. de leg. j. nu. 1. & 6 72. & 73
legatum quantitatis ſicut cēſetur teſtator multiplicare voluiſſe propter pluralitatem perſonarum, a quibus relinquitur, idem debet eſſe propter pluralitatem perſonarum, quibus relinquitur quantitas. l. ſi plurib. de leg. j. nume. 9 fol. 45
legata ſpecie vni, & alteri quantitate, & in hæreditate non ſit niſi illa ſpēs, an legatarius ſpeciei illam habere debeat, & legatarius quantitatis nihil, in l. ſi quis teſtamento, §. apud Iulianum, de le. j. num. 6 102
legatum quantitatis quòd dicatur legatum generis, vide ibi. nu. 6
legatum ſi eſt quantitatis, & in hæreditate ſit tantum vna ſpecies, quod non tranſeat aliquod ius in re in legatarium, in dicto §. apud Iulianum, numero 7 eod.
legatum quantitatis debitæ, & legatum quantitatis ſimpliciter, quod differant,

tant, in d. §. apud Iulianum, nume. 9 — 103

legatum trecentorum aureorum ſoluendorum in trib. terminis, aliter non diuiſa quantitate, intelligitur æqualiter, i. quod centum debeāt ſolui in quolibet termino. lege, legata inutiliter, §. in legato, de lega. primo, numero 4 — 37

¶ De rebus ſimpliciter, vel in genere legatis.

legato generis ſubalterni, & ſic quando legatur incertum de certis, electio eſt legatarij, & quare non videatur legatum minimum, in l. qui duos, de leg. j. numero 1. & 2. folio 38. & in l. ſi ita ſit ſcriptum, de legat. primo, numero 19 — 39

legato generis relicto, in dubio electio eſt legatarij vt eligat mediocrem, & qualiter procedat, in l. legato generaliter, de le. j. no. 1. & 3 — 53

legatum lancis generaliter factum, an debeat per hæredem declarari, vel potius ſtet in electione legatarij, in d. l. legato generaliter, de lega. primo, numero 1 — eo.

legatum animalis generaliter factum, nunquid iudicetur inutile, vt per dationem muſcæ poſſit hæres a legato liberari, d. l. legato generaliter, numero 4 — eo.

legatario, quare in legatum generis de reb. alienis factum, non competat electio, & in rebus teſtatoris ſic, vide in dicta l. legato generaliter, numero 19. & 24 — 54

legatum in genere factum reſtringitur ad ſpecies, vel corpore illius generis, quæ teſtator habet in patrimonio, d. l. legato generaliter, numero 21. 22. 23. & 24 — eo.

legatum generis requirit indiſtinctè hæredem teneri de euictione, ita q̄ res fiat accipientis, l. ſi domus, §. de euictione, de leg. j. num. 4 — 92

leg. generis non continet, vt de ſanitate caueatur, ſed de euictione tantum, lega. vero ſpeciei neutrum continet. l. ſi a ſubſtituto. de leg. j. no. 8 — 65

legatum generis ual quātitatis debet præſtari in loco vbi petitur, l. cum res. de leg. 1. nume. 16 — 68

leg. generis ſi fiat Titio de x. ſeruis in genere, deinde teſtator leget alios x. ſeruos Seio, tunc primo Titius aliget, & reliqui ſerui x. vel pauciores, qui ſupererunt, debentur Seio. l. ſi ita legatum, de leg. j. nu. 7 — 86

legatum generis dat electionem legatario, qui eligit mediocrem in his, quorum indiuidua habent fines a natura, ſecus in his, quæ habent fines per artem, & ſic mediante facto hominis, & quatu, in l. ſi domus, de lega. j. num. 19. 20. 21. & 22. — fol. 91

legatum illorum centum, quæ apud me depoſita ſunt, in dubio videtur eſſe de pecunia in genere, non autem in certa ſpecie. l. talis ſcriptura. de leg. j. numero 14 — 43

legatum eiuſdem generis, ſi ſæpius eidem relinquatur in eodem teſtamēto, ſæpius debetur, ſi voluntas teſtatoris accedat. l. planè. §. ſi eadem, de leg. j nume. 7. & 8 — 47

legatum non vitiatur propter incertitudinem ſeu obſcuritatem rei legatæ, quando apparet, q̄ teſtator ſenſit de certo per expreſſionem proprij nominis, l. ſi quis a filio, §. ſi quis plures, de leg. j. nu. 1. 2. & 3 — 44

legatæ rei electio ſeu declaratio eſt hæredis, ſi teſtator ſenſit de certo, & non apparet de quo, vide in l. apud Iulian. §. hæres cogitur, de legat. primo, numero 1. & 8 — 57

legatum nauis ſi fiat alicui ſimpliciter, & teſtator reliquit plures naues, electio eſt hæredis, & quid ſi reliquit vnam tantum, & quid ſi nullas, in l. ſi domus, de leg. j. nume. 5. 9. 11. 13. 14. 15. & 21 — fol. 91

¶ De ſpecie legata.

legatum ſpeciei ſæpius repetitum & relictum eidem in eodem teſtamento, ſemel tantum debetur. l. planè. de le. j. nu. 1 & 5 fol. 47. & in §. ſi eadem, numero 1. 2. & 5 — eo.

Quid ſi a duobus teſtatoribus relinquatur, vide ibi. — eod.

legatu ſpecies debet præſtari in loco vbi eſt relicta, in l. cum res. de leg. j. nu. 1. 8. & 14 — 67. & 68

legata ſpecies ſi culpa hæredis non apparet, æſtimatio debetur, alias cauet de reſtituendo, cum ad eum peruenerit, & ſi hæres eſt in culpa, an debeat peti æſtimatio, & non res, in d. l. cum res, nu. 1. 17. 12. & 25 — eo.

Quòd tranſlatio ſpeciei legatæ facta ab hærede ſine eius dolo, vel culpa noceat legatario, vt in loco, in quo nunc eſt, debeat peti, non autem in loco in quo erat tempore mortis teſtatoris, d. l. cum res, nu. 15 — eod.

Quid ſi tranſlatio ſit facta ad locum longinquum, vide ibi. — eod.

Si in hæred. ſit vna ſpecies tantum, quæ fuit vni legata, & ſic lega. quantitas alteri, an legatarius ſpeciei illam habere debeat, & legatarius quantitatis nihil. vide in l. ſi quis teſtamento, §. apud Iulianum, de lega. primo. numero 6. & 7 — 102

legatum ſpeciei duplicationem non recipit, vide in l. huiuſmodi, §. ſi Sēpronius, de leg. j. nu. 4 — 109

legatum ſpeciei non continet, vt de ſanitate nec de euictione caueatur, l. ſi a ſubſtituto, §. hæres. de lega. j. num 9 & 10 — 66

legata ſpecies debet dari talis, qualis eſt, niſi aliud ſit expreſſum, & ſic dubitatur an res legata ſit in rerum natura, hæres debet cauere de perſequendo & reſtituendo cum inuenerit. l. ſi domus, §. ſi fundus, ff. de lega. primo, numero 1 — 94

legatum pecuniæ ſi relictum ſit vt ſpecies, non poteſt aliud pro ea ſolui. l. talis ſcriptura, de lega. j. no. 12 — 43

¶ De legatis alternatiuis.

legato alternatiuo facto, quælibet ſpecies eſt in obligatione, & quælibet poteſt peti, l. ſerui electi. de leg. j. num. 6 — 12

legati alternatiui electio, an competat alicui ante aditam hæreditatem, in l. ſerui elect. de leg. j. nu. 8 — eod.

legatum ſi in vna parte alternatiue eſt vnum, licet in alia plura, iſtud quod eſt vnum, non recipit diuiſionem propter plura. l. ſi ex toto, §. ſi ita legatū, de leg. j. nu. 1 — 19

legatarij in alternatiuis in dubio eſt electio, d. §. ſi ita legatum, nu. 8. fol. 20. & l. huiuſmodi, § ſi Titio Stichus. eod. ti. nu. 7 — 116

legatarius habens electionem legati alternatiui non poteſt eligere partem in vno, & partem in altero, quando in vna parte alternatiue legatum eſt vnum, & in altera plures quantitates ſubrogatæ loco vnius, ita q̄ ſecunda pars, quamuis diſtributiua, reſpicit primam coniunctam, & hoc reſpectu ſequitur effectum primæ indiuiduæ. d. l. ſi ex toto, §. ſi ita legatum, de legat. j. numero 4 — 19

legatario etiam competit vendicatio in legato alternatiuo ante electionem factam, d. §. ſi ita legatum, nu. 9 — 10

legati alternatiui petitio ſi de iure non valeat, non conſumit electionem, vide ibidem.

legato alternatiuo facto, vtrunque debetur, & vtrunque eſt in obligatione, licet non in ſolutione, d. §. ſi ita legatum, nu. 21 — eo.

legatarij eſt electio in legato alternatiuo, ſi verba executiua referantur ad legatarium, l. planè, §. ſi ita Titio, de leg. 1. nu. 14. & 12 — 51

legatum alternatiuum non dicitur vnum, ſed duo, dicto §. ſi ita Titio, numero 6 — eod.

legatarius, cui relictum eſt legatum alternatiuum, puta, aut talis fundi, aut vſusfr. ipſius fundi, quam vtilitatem conſequatur acceptare ſolum vſumfr. & non proprietatem cum vſufr. d. §. ſi ita, nu. 3 — eo.

legatum ſi eſt alternatiuum, debet res præſens præſtari, vel alterius æſtimatio: & ſi ambo res non apparent, debet caueri de præſtando illam, quæ in poteſtatem hæredis peruenerit, aut abſentis, vel mortuæ æſtimationem, l. cum res. de leg 1. nu. 2 — 67

legato relicto eius, quod debetur in alternatiua obligatione, cogitur hæres ad cedendum. l. ſi ſic legatum, §. ſi quis ita, de leg. 1. nu. 1 — 101

legata vna de reb. alternatiuè debitis, cogitur hæres ad agendum, ibi.

legatis rebus alternatiuè debitis, & diuerſis legatarijs relictis, cogitur hæres vtrique inſolidum ſatisfacere, ibi.

Quòd in alternatiua obligatione mortuo ſtipulatore tranſeat electio in legatarium, ceſſa ſibi actione, & ad quemcunque ſucceſſorem, etiam extraneum, & in ceſſionarium, ſecus ſi viuat ſtipulator. ibid. nu. 2

legatum ſi fiat alicui de vna re ex rebus alternatiuè debitis, tunc erit in arbitrio debitoris alteri eatiui facere, an legatum factum per creditorem de vna ex alternatiuis valeat, ibi. nu. 10

legatum ſi eſt alternatiuum, & vna ex rebus alternatiuè legatis perijt poſt electionem de ea factam, perit periculo legatarij, l. huiuſmodi, §. Stichum, ff. de lega. 1. nu. 3 — 114

legatario ſi teſtator donat vnam ex rebus alternatiuè legatis, remanet legatum in alia. §. ſi Titio Stichus, ff. de leg. 1. nu. 1. 2 — 115

legatum ſi eſt alternatiuum, tunc hæres dando vnum ſolum, non liberaretur ab vtroque, immo nec ab illo, quem dedit, niſi legatarius eſſet contentus, quia videretur ipſe eligere, ibi. nu. 4

¶ De legato rei emptæ a teſtatore.

Legatum de re empta ſi alicui relinquatur, pretium debet ſolui ab hærede, & ſi legatarius ſolueret tale pretium venditori, poterit illud repetere ab hærede, l. apud Iulia. §. ſi Titius, ff. de leg. 1. nu. 23. & 24 — 56

legato venditori relicto de re, quam teſtator emit, ab eo, ſi legatarius idemq; venditor tradiderit rem teſtatori pretio recepto, non tamen per talē traditionem videtur legatarius renunciare legato, ſed res manet in legato, d. §. ſi Titius, nu. 8 — eod.

¶ De re legata rei meæ.

legatum factum rei meæ, ita mihi acquiritur, ſicut ſi eſſet factum ſeruo meo, l. ſi ſeruus plurium, de leg. 1. nu. 3 — 72

De re immobili forenſi legata.

legat. de re immobili factum forenſi prohibito acquirere immobilia, non valet, & an valeat quo ad æſtimationem, in l. apud Iulia. §. conſtat. de leg. 1. nume. 35 — 59

Reliqua in verbo Statutum, in rub. de ſtatu. diſponen. de foren.

¶ De iure agnetionis legato.

legari non poſſunt ius agna. & libertat, in l. cætera. de leg. 1. nu. 2 — 59

¶ De re exiſtente apud hoſtes legata.

legari poteſt id, quod eſt apud hoſtes, & quod ſemel fuit noſtrum propter ſpem poſtliminij, & dicitur eſſe in commercio noſtro, l. id quod apud hoſtes, de leg. 1. nu. 1. & 2 — 50. & 51

legato facto de re exiſtente apud hoſtes, quæ aliquando fuit teſtatoris, an hæres teneatur eam redimere, an verò legatarius. & an hæres teneatur ad æſtimationem, in d. l. id quod apud hoſtes. nu. 3 — eod.

legatarius ſi redimit ab hoſtibus rem ſibi legatam, an recuperet pretium ab hærede, ibid. nu. 4

¶ De legato iuris colligendi pedagium.

legato iuris colligendi pedagium per aliquem Baronem alicui relicto, quòd pedagium habebat ſuper pontem, talis conceſſio dicitur realis, & tranſmittitur ad hæredes, l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, ff. de legat. primo, numero 7 — 55

¶ De legato rei emendæ ſeu vendendæ.

legatum de re emenda ſeu vendenda per hæredem iuſto pretio, valet, ſi intereſt legatarij, l. & ſi æquo, ff. de leg. 1. nu. 1 — 83

Quid ſit iuſtum pretium, in d. l. & ſi æquo, nu. 2. & 4 — eo.

De rebus ædificiorum legatis.

legari nunquid poſſint affixa ædibus, ſicut nec in alium contractum deduci, l. cætera, de leg. 1. num. 6. 7. & 9. & 16 — 59

Quid ſi tempore mortis teſtatoris non erant affixa. vide in d. l. cætera, nu. 14. 17. & 18 — 59. & 60

legans marmora & columnas, quæ non ſunt affixa ædibus, ſi poſtea viuens illa affigat ædibus, legatum in totum corruit, ſed ſi hæres eius affigat, valet legatum quo ad æſtimationem, d. l. cætera, nu. 16. fol. 60. & in §. ſed ſi parauerit, nu. 1. 5. & 6 — 62

legatum de rebus iniunctis domui, licet non teneat, vt ipſa iniuncta debeant remoueri, tamen valet, vt debeatur æſtimatio, & quando debeatur, ibid. numero 9 — 60

legari poſſunt affixa ædibus ad opus publicum eiuſdem ciuitatis, non autem alterius domus eiuſdem domini ſitæ in alia ciuitate, d. l. cætera, §. ſed & ſi quis, nu. 1. 4 & 6. fol. 60. & in §. ſed ſi parauerit, nu 3 — 62

legatum poteſt relinqui, & valet de deſtinatis ædificio, ſi nondum fuerint ædificio iniuncta, ibid. nu. 1

¶ De re minoris legata.

legatum factum de re minoris, an valeat quo ad æſtimationem, in l. apud Iulianum, §. conſtat, de leg. 1. nu. 32. & 35 — 59

¶ De legato de omni eo, quod erit in tali loco tempore mortis teſtatoris.

legatum ſi fiat mihi de omni eo, quod erit in horreo meo tempore mortis, & plus

& plus reperiatur quàm conſuetum fuerit, an totum mihi debeatur, in l. huiuſmodi, §. legatum, de leg. j. nu. 7 — 115

Legando quis vxori cameram cum omnibus, quæ ibi erunt tempore mortis mariti, & tunc plus vel minus reperiatur quam ſit conſuetum, an totum debeatur, ibidem.

¶De legato nucis.

legatum nucis continet tria: primo, q testator videatur legare arborem, ſecundo videtur legare ſolum, & ſic terram, in qua ſunt radices ipſius nucis. tertio videtur legare viam eundi ad ipſam nucem, ſi nux eſt fructifera, & niſi ſit legata ratione materiæ, & quid in dubio. in l. ſi fundus ſub condi. §. qui fundum. de leg. j. nu. 11 — 108

¶De domo, domus habitatione, area, & inſula legata.

legatum domus extinguitur, quando domus legata cecidit, & redacta eſt ad aream, & alia noua ædificata fuit. l. ſeruum filij, §. ſi pocula. de leg. primo, numero 5. fol. 64. & l. ſi ita legatum, §. ſi domus, eod. titu. numero 1. 2. 6. 7. 11 & 13 — 87

legatum factum de inſula ſeu domo, quæ poſtea comburatur, remanebit in area remanente l ſi grege, de leg. j. nu. 8 — 38

legatum domus, quæ ſit tota particulariter a teſtatore refecta, non extinguitur, ſecus ſi in totum deſtructa a teſtatore ædificetur, niſi ab hærede ædificetur poſt mortem teſtatoris, quia tunc debetur. l. ſi ita legatum, §. ſi domus, ff. de leg. j nu. 1. 2. 3. 6. & 7 — 87

Vide de hac materia ad plenum per totam legem ſi domus, a princ. vſque ad fin. eo. tt. — 91

legans aream ſimpliciter, ſi poſtea ibi ædificat domum, illa domus debetur legatario cum area & quare non ſic eſt in legato domus, quæ in totum deſtruitur, & poſtea reficitur, in l. ſi ita legatum, §. ſi domus, de legatis j. nume. 6. 7. & 11 — 87

¶De vtili dominio, ſuperficie, & fundo vectigali legato.

legari non poteſt dominium vtile habente directum, vel alter ſine conſenſu domini, & tunc in dubio videtur quis legare ius quod habet. l. ſi domus, §. ſi fundus, de leg. j. nu. 1. 6. & 16. — 94. & 95

legari poteſt ſuperficies & vtile dominium domino directo ſoli per ſuperficiarium, ſeu habentem vtile dominium, l. ſi tibi homo, §. valet, de legat. j. numero 1 — 119

An ſuperficies ſit ſeruitus, vel vtile dominium, & ſic quaſi ſeruitus. in d. §. valet, nume. 2 — eo.

legari poteſt vectigalis fundus alieni ſine conſenſu municipum, qui habent directum dominium. in l. ſi domus, §. ſi fundus, de leg. j. num. 6 — 94

legans rem, quam habebat in emphyteuſim ab eccleſia, & quæ finiebatur in eius perſona, uidetur ſolum legare ius emphyteuticum, quod habebat quamuis finiturum morte, nec hæres tenetur redimere. d. §. ſi fundus, numero 12 — 94

¶De quadriga, & apotheca legata.

legatum q pereat, ſi perit vnus equus, & tamen equus ſuperueniens reconcilliat legatum. l. ſi ita legatum, §. ſi domus, ff de leg. j. nu. 11 — 87

legans apothecam, puta pannorum ſimpliciter, intelligitur eam legare cum omnibus creditis & debitis talis apothecæ, in l. res obligata. de leg. primo. numero 57 — 84

¶De legatis vniuerſalibus corporum & iurium.

legatum vniuerſale gregis, vel peculij, vel ſimilium, comprehendit omne futurum incrementum, etiam contingens poſt teſtamentum. l. ſi grege. de leg. j. nu. 1 — 38

Quid ſi contingat ante moram hæredis. ibidem.

legatum, puta gregis mei, an comprehendat etiam aliena capita, quæ ſunt de numero gregis. ibid. nu. 2

legato vniuerſitatis competit augmentum & diminutio. in d. l. ſi grege legato. nu. 1. & 5. — eo.

Quòd dominium rerum legati vniuerſitatis facti quæ continetur in illa vniuerſitate, recta via, & ipſo iure transfertur, ſecus ſi legaretur para hæreditatis, quia iſtud legatum æquipollet fideicommiſſo vniuerſali. l. ſi grege. de leg. j. nu. 5 — eo.

legatum ſi eſt vniuerſale, non tranſit dominium rerum particularium recta via, eo quia illæ res non ſunt principaliter, ſed in conſequentiam. d. l. ſi grege. nu. 5 — eo.

Quòd vniuerſitas corporum tantum, ſicut grex, armentum, & ſimilia poſſint vendicari, & ſecus ſit in vniuerſitate corporum & iurium, velut peculiū, hæreditas, & dos. ibid. nu. 3

legatum indefinitum, an comprehendat ea quæ ſunt communia. in l. ſerui electione. §. Labeo. ff. de leg. j. nu. 4 — 14

¶De legatis vniuerſalibus, & partis bonorum.

legatum uniuerſale ſemper tranſit ad legatarium cum onere ſuo. l. ſi res obligata. ff de leg. j. nu. 57 — 84

legans alicui omnia quæcunque habebat in patrimonio, cenſetur etiam legare rem, quam habet in pignore pro tanta quantitate quantū valet, l. ſi tibi homo, de leg. j. nu. 13 — 117

legatario partis bonorum poteſt hæres ſoluere æſtimationem, vel partem rerum, ſi commode diuidi poſſunt, uel unam rem aut plures ſecundum illorum concordiam. ſi autem fuerint in diſcordia, ſoluet hæres, prout iudici videbitur. l. non amplius, §. cum bonorum, ff. de legatis primo, numero 1. 6. & 9 — 41

legatario quotæ bonorum ſi non immineat æs alienum in hæreditate, uel ſi immineat, an competat rei uendicatio non ſimpliciter, ſed cum adiectione incertæ partis. ibi. nu. 17 — eo.

legatum partis, & legatum totius cum modificatione habendi ſolam partem, non differunt. l. plane, §. ſi ita Titio, de leg. j. num. 10 — 51

¶De legatis factis ſub modo.

legatum factum ſub modo differt a legato facto ſub onere fideicommiſſi. l. huiuſmodi. de leg. j. nu. 16 — 109

legatum modale licet non impediat natiuitatem actionis, nec legatum, tamen impedit executionem & effectum. ibi. nu. 15

legataria debet cauere de modo implendo, ſi modus ſit adiectus legato. in l. ſi Titio, ff de leg. j. nu. 14 — 123

Quòd modus mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, non infirmet legatum, ſi deficiat per factum illius tertij, uel per caſum fortuitū mortis, l. ſi Titio. de leg. 1. nu. 2. 4. 6. 11. & 13 — eo.

Legatum an reſtringatur per modum ei adiectum, in l. plane, §. ſi ita, de leg. j. numero 9 — 51

¶De legatis ſub conditione factis, ſeu de conditionibus in eis inſertis, & an legata poſſint conferri in voluntatem tertij, vel ad tempus.

Legatum rei factum ſub conditione, ſi mea erit, valet ſolum quo ad partem teſtatoris, quam habet in communem cum alio. l. ſerui electione, §. Labeo, de leg. j. num. 3 — 14

legatum ſi eſt conditionale, & conditio ſit impoſſibilis, tunc conditio impoſſibilis reiicitur, & legatum pure valet, l. ſi mihi & tibi, §. ſi quis ſeruos, ff. de leg. j. num. 10 — 30

legata ſi ſint conditionalia, conditio appoſita debet ſtatim impleri quam primum poteſt, alias habetur pro defecta, l. qui quartam. de leg. j. num. 7. fol. 34. & l. ſi pluribus, ff. de leg. j. numero 6. fol. 41. & l. captatoriæ, eod. tit. numero 5 — 86

Quid in inſtitutione, in d. l. qui quartam, nu. 7 — 34

legato conditionali relicto, etiam ſi conditio ſit tacita, impedit ortum obligationis & actionis, l. quod in rerum, ff. de leg. j. nu. 2 — 38

An & quando dies vel conditio intelligantur repetita in legato. in l. ſi creditori. ff. de leg j. nume 7 & 8 — 41. & 42

Si teſtator dicat, lego Titio cum Seio, tunc conditio appoſita in perſonam Titij videtur repetita in perſonam Seij, propter dictionem cum, ſecus ſi vtrique ſit legatum relictum per copulam, &, l. Titiæ textores, ff. de leg. j. numero 3 — 52

legatum ſi fiat de iure, quod eſt in ſpe hominis vel legis, tacita quædam eſt conditio, ſi illa ſpes ad actum reducatur, l. ſeruum filij, ff. de leg. j. nu. 3 — 63

legato rei relicto, cuius ius eſt reſolubile in euentum alicuius conditionis, & hæres ſoluit æſtimationem, licet poſtea illud ius reſoluatur, tamen æſtimatio ſemel ſoluta non repetitur, d. l. ſeruum filij, §. ſi ſtatuliberum, numero 2 — 65

legatum factum a teſtatore ignorante alicui, cum peruenerit ad quartumdecimum annum, & iam tempore teſtamenti erat maior annorum xiiij. valet, l. ſi cui legetur, ff. de le. j. nu. 7 — 69

legatum collatum in tempus certæ ætatis legatarij, vel tertij, dicitur conditionale, d. l. ſi cui legetur, §. hoc autem, nu. 1 — 70

legatorum conditionalium repetitio ſimpliciter facta a ſubſtituto pupillari, intelligitur pure facta, nec inducit repetitionem conditionis primo appoſitæ, l. ſi cui ſeruus, §. ſi a filio. de leg. j. nu. 1. 2. & 6 — 73

legatorum conditionalium expreſſa repetitio facta a ſubſtituto repetit ſolum ſubſtantiam legati, ſed non eius qualitates. d. §. ſi a filio. nu. 5. & 6. — eo.

legato non nocet defectus conditionis poteſtatiuæ, l. turpis, ff. de lega. j. nume. 1. & 5 — 74

legatum factum mulieri, ſi nupſerit conſilio Seij, deficit ſi Seius decedat antequam eius conſilio nupſerit, d. l. turpia, nu. 4 — eo.

legatorum conditio non trahitur retro. l. ſi poſt mortem, de leg. j. nu. 3. fo. 88. & l ſi tibi homo, §. cum ſeruus, eo. titu. nu. 8 — 118

legatum ſi eſt conditionale, euentus conditionis non trahitur retro, nec quo ad dominium, nec quo ad fructus, l. domus, de leg. j. nu. 3 — 85

legatum ſi eſt conditionale, hæres interim impendit in re legata tanquam in re ſua, & non aliena, d. l. domus, nu. 13 — eo.

legatarius ſi pendente conditione faciat ſumptus neceſſarios in re legata, an debeant eſſe hæredis, in l. quod ſi nullum, de leg. j. nu. 1 — eo.

legatum & fideic. poſſunt relinqui ad tempus, in l. illud, C. de leg. nu. 2. fo. 140 ita q finito tempore reuertatur ad hæredem, in l. nemo, ff. de le. j. nu. 8 2. fo. 78. & in l. huiuſmodi, §. ſi Sempronius, eo. ti. nu. 5 — 109

legatum puta factum illi, ſi Titius voluerit, & ſic collatum in voluntatem tertij, an valeat, l. captatoriæ, ff. de lega. j. numero 2. & 7 fol. 86 & in l. ſi ita legatum, §. illi, eo. titu. numero 4. fol. 86. & l. cetera, §. legatum, eo. titu. numero 1 — 61

An poſſit conferri in arbitrium boni & determinati viri. vide in d. l. captatoriæ, num. 9 — 86

legatum poteſt conferri in voluntatem ipſius legatarij, non autem hæredis, d. l. captatoriæ, numero 1. & 6. fo. eo. & in d. l. ſi ita legatum, §. illi. eod. titu. numero 4 — 86

Quid ſi ſit legata res alternatiua, vel ſpecies alicuius tertij, & an iſto caſu acquiratur dominium ignoranti, in d. §. illi, num. 9. & 10 — 87

legatum non poteſt conferri in voluntatem hæredis, quia nunquàm præſumeretur velle obligari. d. §. illi. nu. 8 — 86

legatum poteſt conferri in arbitrium hæredis tanquàm boni viri, ſed non in meram eius voluntatem, & ſi hæres malè arbitratus fuerit, aut noluerit arbitrari, tunc recurretur ad arbitrium boni viri, & ſic iudicis, l. ſi ſic legatum, de leg. j. nu. 1 — 99

An legatum libertatis poſſit conferri ad voluntatem tertij, in d. l. captatoria, ff. de leg j. nu. 7 — 86

Quid ſi conferatur in voluntatem hæredis. vide ibi. — eo.

legatum quamuis non poſſit conferri in voluntatem tertij, tamen poteſt relinqui illis de familia eligendis per fideicommiſſariū, d. l. captatoriæ, numero 8 — eo.

legatum collatum in voluntatem legatarij eſt conditionale, & ſi decedat antequam declaret ſe velle, non tranſmittitur ad hæredes, l. ſi ita legatum, §. illi. de leg. j. nu. 4. & 13 — 86. & 87

legatum licet ſit conditionale & in diem, tamen ante diem nata eſt obligatio & actio, quæ poteſt tranſmitti, licet obſtet exceptio petendi legatum, d. § illi, num. 12 — eo.

Conditio adiecta legato. ſ. ſi mulier non nupſerit, qualiter debeat intelligi, in l. j C. de indi. vidui. tol. nu. 1. fol. 144. & talis conditio dicitur voluntaria, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de lib. & poſth. nu. 31 — 161

Conditio adiecta legato, an impediat tranſmiſſionem, ipſa in rub. de legati tranſmiſſione.

Conditio deficientis facit ceſſare legatum, ſecus eſt in demonſtratione, in l. Stichum, ff. de le. j. nu. 3 — 16

Conditio adiecta legato facit extinguere legatū, ſi teſtator alienet ſine cauſa. ibid. num. 4 — eo.

legatum deficit propter conditionem mixtam deficientem, in l. ſi Titio. ff de leg. j.

lega.j.nume.8 123
Conditio legati non trahitur retro, ſic et bene in inſtitu. hæredis, in l.ſi tibi homo, §.cum ſeruus, ff.de leg.j.nume 8. fol. 558. & in l.ſi poſt mortem. eodem titu.nume.3.fol.88.& in l.ſed & ſi quis.§ ſed quia.C.communie de lega.nume.10. fol. 559.& in l.dedi, §.quanquam, ff.de condi. cau. da.numero 53 115
Conditione poſtea deficiente non deficit legatum, in l.turpia, ff.de legatis j. numero 5 74
Conditio de nubendo arbitrio tertij ſi deficiat, non deficit legatum, ibidem nume 3 eo.
Condi.eueniente in ſubſti.legato, legatum ad ſubſti.pertinat, in l.ſi fundum ſub condi.§.Stichum.ff.de leg.j nu.1 103
Inſpicitur dies cedentis legati quo ad acquiſitionem legati, & ſi in puncto concurrat, fauemus legatario.l.ſi poſt mortem, ff.de leg.j.nu 1 88
legatum conditionale deficit conditione deficiente, ſecus eſt in demonſtratione, l.Stichum qui meus erit, de leg.j nu.3 16
legatum conditionale ſemper extinguitur, ſi teſtator alienet, ſiue ex cauſa neceſſaria, ſiue voluntaria, quia deficit conditio, ſub qua eſt factum legatū, ſecus in demonſtratione, quia ſaltem debetur legatum reſpectu æſtimationis, ibi.nu.4.& 16
legati conditionalis reuocatio procedit etiam non ratione mutatæ voluntatis, ſed quaſi teſtator alienet ante euentum conditionis, deficit conditio.ibid.nu.16
legatum rei ſub conditione factum, non extinguitur per alienationem, ſed eueniente conditione alienatio ipſo iure reſoluitur, l.ſeruo legato, §.ſi ſeruum, eo.ti.nu.1 89
Dominium rei legatæ ſub conditione per quaſcunque manus ambulauerit pendente conditione, eueniente poſtea conditione recta via tranſit in legatarium abſque alia traditione.ibidem.
legata res ſub conditione non poſſunt hodie per hæredem pendente conditione alienari, ibid.nu.4
Quòd dominium rei legato ſub conditione, pendente conditione, interim ſit penes hæredem, & interim hæres eſt dominus, ibid.nu 4. & l.ſi ſeruus, eo.tit.nu.7 90
legati tranſmiſſio ad hæredem ꝙ non impediatur ante euentum conditionis, vel quando legatum eſt in diem certam, licet interim dominium non transferatur in legatarium, vide in d.l.ſi ſeruus, nu 8 eo.
legatum valet, quod non eſt poſitum in mera grauati poteſtate, ſed in ſui arbitrij æquitate, & ſi grauatus male arbitratus fuerit, aut noluerit arbitrari, tunc recurritur ad arbitrium boni viri, & ſic iudicis.l.ſi ſic legatum.de leg.j.num.1 99
legatum quando eſt factum alicui ſub conditione, ſi inſtrumentum debiti reddiderit hæredi, iſte conditio quid importet.l.huiuſmodi. §.ſi ita.de lega.j nu.4 512
legatum factum poſt mortem patris, vel domini cenſetur conditionale, in l.ſi poſt mortem, ff.de leg.1.nu.2.& tale legatum factum filiofa. poſt mortē patris acquiritur filio, etiam ſi non ſit hæres patris, non autem acquiritur hæredi patris, nu.3 88
¶De ſeruis legatis.
legatus ſeruus non debet tradi, antequam rationes reddat. l. ſeruo legato.§.ſi ſeruum, de leg.1.nu.1 90
legatus ſeruus poteſt ab hærede retineri pro noxa.l.ſi ſeruus, ff.de leg.j.nume 10 1.& 6 eod.
Quid ſi teſtator ignorabat eum eſſe obligatū pro noxa.in d.l.ſi ſeruus.n.10.eo.
legatus eſt Stichus ſeruus Sempronio, & ſi eum non manumiſeris intra annum, legatus eſt Titio, tunc elapſo anno eſt in totum Titij, in l.ſi fundum ſub conditione.§.Stichum, de lege.j.nu.1 103
legatum factum de ſeruo, cui erat relicta libertas ſub conditione, validatur per defectum conditionis appoſito libertati: & quid ſi conditio libertatis euenerit, vide in l.ſi fundum ſub conditione.§.cum ſtatuliber, ff.de le.j.nume.1 106
Seruum legatum exiſtentem in fuga, vel in remotis tenetur hæres etiam ſuis ſumptibus perquirere.in l.cum ſeruus, eo.ti.nu.6 55
Seruus legatus ſi poſt aditam hæred.fugiet, hæres tenetur ad æſtimationem, ibid.nu.8
Seruo alieno legato tenetur hæres eum redimere, & dare legatario, in l.ſerui electione, §.Labeo eo.ti.nu. 2 54
legato ſerui in genere relicto, quando ſerui non ſunt in patrimonio teſtatoris, electio eſt hæredis, & quare, vel quando verba diriguntur ad hæredem: ſed dato etiam ꝙ electio ſit legatarij, tamen ſi hæres offerat ſpeciem, an legatarius licite recuſare poſſit.l.huiuſmodi, §.ſi cui hō, eo.ti.nu.4.& 7. 509
legatum ſeruum ſi hæres tradidit, ſed debilitatum culpa aut dolo ipſius hæredis, duret actio ex teſtamento ad eundem ſeruum, licet eum penes ſe legatarius habeat ad effectum, vt conſequatur pretium deteriorationis, l.huiuſmodi, §.edes.de leg.j.nu.11 150
legatum ſerui alieni per manumiſſionem domini expirat.l.ſi alienum, de lega.j.num.1 52
legatum de ſeruo Chriſtiano relictū Iudæo vel hæretico, an valeat. in l.apud Iulianum, §.conſtat, de leg.j.nu 24 58
legatum ſerui aſcriptitij prædio fieri prohibetur expreſſe e lege ſine prædio, & an debeatur æſtimatio, in l.cetera, de leg.j.nu.16 59
legatum patris factum de ſeruo caſtrēſis peculij filij, valet, ſi filius moriatur inteſtatus ante patrem.l.ſeruum filij de leg.j.num 1.& 2 63
Quid ſi illum ſeruum filius poſtea patri ſuo legauerit, & filius præmoriatur, an & quomodo fingatur vſque tertio fuiſſe patris.d.l.ſeruum filij, nume.7.& 9. eo.
Si legetur ſeruus proprius alteri, & ante aditam hæreditatem aliquid acquirat, illud acquirit hæreditati & hæredi futuro, ſed ipſe hæres tenebitur reſtituere legatario.l.ſeruo legato.ff de leg.j.nu.3 89
¶De ſtatulibero legato.
legato ſtatulibero expedit hæredi potius ipſum ſoluere, quàm æſtimationē, l.ſeruum filij, §.ſi ſtatuliberum.de leg.j.nu.1 65
¶De libertate legata.
legatum libertatis factum ſeruo directo differt a fideicommiſſo, l.j.de leg.j.numero 22 4
Si libertas relinquatur per fideicommiſſum, hæres habet manumittere ſuum ſeruum, ex qua manumiſſione conſequitur ius patronatus, ſecus quādo libertas legatur, quia tunc ipſo iure efficitur liber.d.l.j.numero 22.& 4.& numero 46 5
Quòd libertas ſit res inæſtimabilis.ibi.nu.22 4
legatum libertatis inualidum non perimit legatum ipſius ſerui alteri factū, l.ſeruum filij, §.ſi idem ſeruus. de leg.j.nu.1 & 12 64.& 65
legatum libertatis eſt fauorabilius, quam pie cauſæ, l.ſi cui legetur, §.hoc autem.de leg.j.nu.11 70
legata libertatum non ſolum diminuunt legitimam filiorum, ſed in totum priuant, d.§ hoc autem, nu.12 eo.
legatum libertatis poteſt conferri in voluntatem tertij, ſecus in alio legato, l.captatorio, de leg.j.nu.7 66
legatum libertatis ſi conferetur in voluntatem hæredis, an & quando valeat vel non, d.l.captatorio ibi. eo.
Quid in libertate fideicommiſſaria, ꝙ poſſit relinqui in voluntatem ipſius ſerui, ſi voluerit, vel hæredis, quamuis aliud non poſſit in voluntatem hæredis, d.l.captatorio, nu 11 eo.
legatum libertatis ſub conditione factum facit legatum de eodem ſeruo videri ſub contraria conditione datum, ſed ſi libertas in diem omnino uenturam relinquatur, legatum ſerui videtur ſimpliciter reuocatum, l.ſi poſt mortem, §.ſi pure, ff.de leg.j.nu.1 88
legato ſeruo pure alteri, ſi relinquatur libertas ſub conditione, ſi quidem cōditio libertatis eueniat, extinguitur legatum, & deficiente conditione legatum remanet firmum.ibi.
legato ſeruo alteri pura, quando relinquitur libertas ad diem certam, legatum primum totaliter extinguitur, d.§.ſi pure, nu 6.& 8 89
legatum libertatis relictum ab inſtituto, an cenſeatur repetitum a ſubſtituto, in l.ſi fundum ſub conditione, §.Stichum, de lega.j.nu.2.& 3. 103
libertatis fauore multa contra regulas iuris ſunt ſtatuta ibi. nu.2 eo.
¶De annuis legatis.
legatum habitationis domus, quoad legatarius viueret, videtur eſſe vnum legatum, nec cenſentur eſſe tot, quot ſunt anni.l.ſi ex toto, §. ſi ita legatū. de leg.j.num.19 10
legati ſolutio debet fieri in fine cuiuslibet anni, quando diſtributio temporum, annua, bime, trime die non apponitur e principio ſolutioni legati, ſed ſolum apponitur præſtationi & executioni.l.ſi cui legetur.de leg.j.numero 3 69
legatum de centum annuis ſi Titio relinquetur vſque ad tempus viginti annorum, non intelligitur de vigeſimoquinto anno ætatis legatarij, ſed de viginti quinque annis ſimpliciter poſt mortem teſtatoris, d.l.ſi cui legetur §.hoc autem, nu 5 70
legata re, vt ex ea recipiatur redditus annuus, videtur legata ipſa res, & non redditus, l.ſi fundum per fideicommiſſum.de leg.j.nu.23 152
legata annua quòd debeant ſolui a patre vſufructuario vniuerſali de uſufructu.in l.j.in 13.lect.ad ſenatuſc.Treb.nu.13 149
¶De vſufructu legato.
legatum ſi fiat alicui de vſufructu formali, tunc licet vſufructus ſit malis debetur cauſalis, qui ſubrogatur loco primi extincti, & eſt eiuſdem effectus, & quare, in l.quod in rerum, §.ſi vſumfructum. de leg.j.nu.4 39
legatum de vſufructu factum ab vſufructuario ſuper alterius proprietate, licet ab initio fuerit inutile, poteſt ſuperueniēte proprietate conualidari d.§ ſi uſumfructum.nu.51 ea.
legatum uſufr. omnium bo.factum uxori, uel ea relicta domina poſt mortē uiri pro toto tempore uitæ ſuæ, an ualeat, in l.filius a patre, ff.de lib. & poſthu.nu.25 151
legatum uſufr.non cedit nec debetur, niſi adita hæreditate.ibi.nu.27.fol.c.& in l.ſerui elect.de leg.j.nu.8 15
legato uſufru. uxori facto ea manente in uiduitate, & poſt eius mortem Titio, ſi mulier uiro mortuo ſtatim tranſeat ad ſecunda uota, an debeatur ſtatim Titio, an expectetur mors uxoris, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib.& poſthu.num.33.fol.161.& in l.ſi extraneus, ff. de condi. cau. data, numero 3 18
legatum uſufru.factum uxori in quinquennium, & poſtea Titio, an uxore decedente intra quinquennium habebit ſtatim Titius uſumfructum, in d.§. & quid ſi tantum, nu.34 161
legatum uſufr.factum per uſufructuarium, an ualeat, & an debeatur æſtimatio, in l.quod in rerum, §.ſi uſumfr.ff.de leg.j.nu.8 39
legatum uſufr.factum eccleſiæ, uel ciuitati, quot annis duret, in l.annalibus, C.de leg.nu.2.& 3 139
Vſuſfructus rei legatæ quando erat hæredis, tunc uſuſfructus & proprietas debentur in totum legatario, in l. ſerui electione, §.cum fundus, ff.de le.j.numero 2 13
legato uſufr.rerum, quæ conſumuntur, non transfertur dominium recta uia, ſed præſtita cautione de reſtituendo tantundem in genere, in l.j.de lega.j.num.122 7
lega.uſufr.uel ſeruitutis realis ipſo iure transferrur in lega. etiam ignorantem adita hære.in d.l.j.de leg.j.nu.51 & 65 5
lega.uſufr.Titio & Mæuio, dicuntur illi duo coniuncti, ſi non uerbis, re tamen, in l.re coniuncti, de leg.3. nu.75.fol. 139. & in uerbo Leg. in rubr. de re.& uerbis coniunctis in lega.cum ſeq.
legato uſufr.poteſt hæres diminuere ius uſufr. conſtituendo ſeruitutes ante traditionem, licet teneatur ad intereſſe, ſecus ſi uſuſfructus ſit conſtitutus ipſo iure, in l.j.de leg.1.nu.51 5
Vſumfru.nunquid uideatur legare ille, qui leget rem, cuius ipſe habet proprietatem, & hæres uſumfru. uel econtra, in l.cum ſeruus, ff.de lega.j numero 9 55
legato uſufru. alicuius fundi, uſuſfructus cedit cum proprietate, quando legatum fit ſimpliciter per teſtatorem etiam alteri quàm uſufructuario, in l.ſerui elec.de leg.j.in ſi nu.22.& 28 15
legatum uſuſr. in quo differat a legato proprietatis, in l. plane, §.ſi coniunctim.de leg.1.nu.20 49
legatarius uſufr.conditio.an impediet legatarium purum, quin interim admittatur ad totum legatum uſuſfructus, d.l. quod in rerum, in §. ſi uſumfructum, nu.13 39

legato vſufruct.alicui relicto,tenetur hæres ſoluere pro vſufructuario expenſas pro tributis & oneribus reip.quando alias tale legatum eſſet inane,& nullam vtilitatem afferret,l.cum ſeruus,de leg.j.nu.5.fol.55.& in l.ſi res oblig.eo.ti.nu.10 83
legato vſufructu fundi uidetur legata via neceſſaria per alium fundum teſtatoris,in l.ſeruum filij.§.ſi ſtatuliberum,de le.j.nu.1.& 4 65
legans vni fundum,ſi alij legat vſumfructum illius fundi,an illi erunt re coniuncti,& ambo concurrunt in vſufructu.in l.re coniuncti,de leg 3.numero 55 138
legatum vſufruct.ſi relinquatur vxori,donec & quandiu viuat caſtè & in viduitate permanſerit,& iſta vxor ſteterit vidua per triennium,& fructus triennale percepit.& poſtea nupſit,an teneatur reſtituere fructus iſtius triennij,& an pro futuro tempore teneatur,ſi perceperit.l.ſi fundum ſub conditione,§.ſi paterfamiliac,de leg.1.nu.6 105
legando quis mihi & hæredibus ſuis vſumfructum,ego haberem tantum dimidiam,& hæredes partem faciunt,l.huiuſmodi,§.ſi Titio & Mæuio,ff.de leg.1.nu.17 114
legatum vſusfr.rei hæreditariæ tranſit ipſo iure in legatarium,d.§.ſi Titio,& Meuio,nu.18 eo.
legato vſufructu omnium bonorum,tunc æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt ab hærede,l.j.in 2.lectu.ad ſenatuſcon.Trebellianum,numero 14 149
legato alicui,puta vxori vſufructu omnium bonorum,& poſtea legetur alteri fundus,an vſufructuarius ſeu vxor concurrat cum legatario fundi,in l.re coniunctis,de leg.3.nu.55.& 56 138

¶De legato proprietatis.

Poſſeſſor fundi ſi timet moleſtari, uel ſibi uim inferri,poteſt implorare officium

ficium iudicis, per quod prouideatur ne ſibi vis inferatur, l.ſi ſuper poſſeſſione, nu.5.C.de tranſact. 17
Quid ſi quis timet offendi in perſona, ibi.nu.6
Quid ſi culpa mea præceſſit, ibidem, verſi.& illud procedit, & verſi. item qui times. eod.
¶Poſſeſſorium. An delegatus in cauſa poſſeſ.poſſit cognoſcere de proprietate, in l.nulli, C.de iudi nu ſi. 104
poſſeſſorij cauſa eſt ſummaria, in l properandum, C.de iud.num.tu 105
poſſeſſorij & petitorij materiam uide late, in l.naturaliter, §. nihil commune a prin vſq; ad ſi de acq.poſ. 75.& ſeq.
De hac materia vide quæ ſupra, poſuimus in uerbo, petitorium.
¶Poſitio.poſitio pertinens quæ ſit, vide ff. de iureiuran.l.ſi duo patroni, §.idē Iulianus, nu.14 63
poſitioni captioſæ quis non tenetur reſpondere, & quando dicatur captioſa, ff.de tranſact.l.controuerſia, num.3.& 4 169
poſitio poteſt in totum negari abſq; periurio, quando continet pluſquam verum debitum, ff.de verborum obligationib.l. ſtipulatio.§. ſi ſtipulanti, numero 10 30
poſitionem ſi quis negauit, non poteſt ſe iuuare de ea. ff.de acqui. poſſeſſ.l. poſſideri, nu.23 55
poſitionem negans, licet non poſſit ſe ex ea iuuare, poteſt tamen ex dictis teſtium ſuper poſitione examinatorum, ibid.nu 25
poſitioni criminoſæ, vel per quam detegitur periurium non cogitur quis reſpondere, in l.qui iuraſſe, §.ſi pater, ff.de iureiur.num.6.fol.70.& in l.omne officium, ff.de offi.aſſeſ. nu.2 48
poſitum quod eſt in beneplacito alicuius, intelligitur arbitrio boni uiri.C. communia de leg.in l.ſi duobus, §.ſed & ſi quis, nu. 6 159
poſitiones contrariæ admittuntur, ſicut admittuntur actiones contrariæ propter factum ſui, C.de furtis, l.ſi ex pecunia, nu. 15 5
poſitiones alternatiuæ, an admittantur, ibi.nume. 17
puno ꝙ poſſedi talem fundum per totum iſtum annum uſque ad calendas Februarij, deinde per teſtes probo ſolum de vltimis ſex menſibus, an debeam ſuccumbere, ff.de acq.poſſ.l.poſſideri, num.22 55
poſitionem, quam quis ſemel negauit, in ea ſe fundare non poteſt, ff. de iureiur.l admonendi, nu. 97 79
poſt, & poſtea poſtea & poſt differunt. Qualiter autem, uide ff. de pact.l.iuriſgentium, §.quinimmo, nu.3.fol.140 & in l an prætor, §.ſi neque, ff.de iureiur. nume.8 57
poſtea, dictio quomodo capiatur. ſol.mat.l.fructus, num.5 14
poſt, dictio, importat actum immediate ſequentem ſine interuallo, vide ſol.ma.l.poſt dotem, nu.2.& quid ſi ſit ſimpliciter prolata, num.1. ſol.40.& l.ait prætor.§.ſi neque, ff.de iureiu.nu 8 57
poſt, dictio, an & quando inducat conditionem principaliter, de leg.j.l.ſi cui legetur, §.hæc autem, nu.8 70
poſt, & ante, præpoſitiones, quando proferuntur a teſtibus, quomodo intelligantur, ff.de reb.cred.l.mutuum damus, § creditum, nu.8 6
poſtea dictio, bis poſita quid denotet, ff.de acquiren. poſſeſſ.l. ſi quis ante, numero 13 72
poſtliminium conceditur illi, qui nunquam fuit captus ab hoſtibus, ſed fuit conceptus, & natus apud hoſtes, ff.de vſucap. l. ſi is qui pro emptore, numero 121 95
poſtliminium reſtituitur in his quæ ſunt iuris, ibi num.51 92
poſtliminium habet duo capita, quorum primum non procedit ſecundum fictionem, ſed ſecundum ueritatem. Secundum caput procedit per fictionem, ibi.nu.95.vſque ad 98 94
poſthumus ſi naſcatur ex uxore poſt decem menſes, & duos dies, dicitur legitimus partus. de lib.& poſth.l Gallus, nu. 63 155
De nepote poſthumo, vide etiam in verbo. Nepos.
poſthumus quando rumpat teſtamentum, vltra hic poſita, vide infra in uerbo, Teſtamentum.
poſthumus alienus licet non poſſet inſtitui, ſeruus tamen eius poteſt inſtitui, de leg.j.l ſi mihi & tibi.§.regula. nu. 10 31
poſthumus antequam naſcatur, non rumpit gradum a quo eſt præteritus, de lib.& poſth.l.ſi a primo, nu. 17 133
poſthumus antequam naſcatur, non eſt ſuus hæres patri, quamuis ſuitas nō poſſit afferre niſi merum commodum, vide ibi.nu.18
poſthumus debet cenſeri pure inſtitutus, non autem præteritus. vide de libe. & poſth.l.commodiſſima, nu.11 136
poſthumus proprius ille dicitur, qui naſcitur intra ſpacium decem menſiū poſt mortem teſtatoris, ff de libe.& poſth l.commodiſſime, nume.9.folio 136.& in l.Gallus, eo tit.nume.9.15.& 30.fol 153.& in rub. eo. ti.nume.2. fol 122.& in rub.C.de poſth. hæred.inſt.nu.4. fol. 116.& in l.qui filiabus de legat.j.nu 10 35
poſthumus quando naſcitur, vel naſcitur mortuus, fingitur uſque tunc non natus. de lib.& poſth.l.ſi filius, nu.2 131
poſthumus naſcendo rumpit ſecundum gradum, a quo eſt præteritus, & alios ab eo dependentes, de lib.& poſth.l.poſthuma, nu.1 148
poſthumus licet non ſit in poteſtate patris antequam naſcatur, tamen poſthumus antequam naſcatur dicitur eſſe ſuus, C. de bo.poſ.contratabu.l. poſthumo.num.3 19
poſthumus quando habetur pro inſtituto, quo iure petet virilem portionē, C.de inoffi.teſt.l.ſi mater, nu.8 116
poſth.olim poterat inter cæteros exhęredari, qualiter hoc olim intelligatur, C.de bon.poſſ.contratab.l.poſthumo, nume.11 19
poſthumus poteſt inſtitui ſub quacunque conditione, dummodo talis conditio purificetur ante eius natiuitatem, C. de inſti. & ſubſtit.ſub eund. fac.l.ſi pater, nume.12 fol.96.& in l.commodiſſime, ff.de lib. & poſth.numero 15 136
poſthumus præteritus a matre, quæ in puerperio deceſſit, & ideo mutandi teſtamentum non habuit poteſtatem, videtur cum aliis filiis viriliter inſtitutus. ideo tunc querela agere non poteſt, ſed ſi extranei eſſent inſtituti, querela rumperet totum teſtamentum, C.de inoffic.teſta.l.quamuis, numero 1 115
poſthumus præteritus in teſtamento matris, habetur pro inſtituto, quando in illo teſtamento ſunt inſtituti alij filij, ſecus ſi extranei, C.de inoff.teſt. l.quamuis, nu.1 eo.
poſthumus naſciturus poſt mortem inſtituti ſubſtitui poteſt. de vulg.& pu. ſub.l.ſubſtitui, nu 1 102
poſthumum hæredem ſi aliquis exiſtens in ſacris ſibi inſtituat, intelligitur de poſthumo, quem licite habere poteſt. de lib.& poſth. l. ſi quis poſthumos, numero 8 134
poſthumi appellatione in ſtatutis proprie uenit ſolum natus poſt mortem, de lib.& poſth.l Gallus, nu.53 155
poſthumi inſtitutio ſimpliciter facta trahitur ad omnem poſthumum ex quacunque uxore præſenti, uel futura naſciturum, in l. placet, ff. de lib.& poſth.nu 1.& ſeq. 129
poſthumi inſtitutio facta ab illo, qui non habet uxorem, an ualeat, & an poſſit talis inſtitutio fieri a fœmina, in d.l.placet, nu.20. eo.
poſthumi inſtitutio facta de nefarie naſcituro, eſt nulla, in l. ſi quis poſthumos.§ ſi filium, ff.de lib.& poſth.nu.35.& 36 135
poſthumi inſtitutio facta de naſcituro ex ſorore adoptiua fienda per emancipationem non eſt turpis, in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium, ff.de lib.& poſt. numero 37 eod.
poſthumi inſtitutio ſi naſcatur poſt mortem patris, an intelligatur etiam ſi naſcatur in vita patris, in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthu. numero 26 162
poſthumus, qui naſcitur poſt mortem patris, nunquam fuit in eius poteſtate.de lib.& poſth.l.Gallus.§ ſi eius, nume.8 168
poſthumus præteritus rumpit gradum ſubſtitutionis. vide de lib. & poſth l.ſi poſth. nu.6 141
poſthumus uel quaſi poſthumus quot modis efficiatur. de lib.& poſth.l.filius a patre, §.filiusfami nu 1 152
poſthumus alienus ante prouiſionem Galli, non poterat hæres inſtitui. de lib. & poſth.l.Gallus, nu.1 .& 11 153
poſthumus præteritus habetur pro inſtituto auctoritate tertiæ, C.de inoffic. teſt.ne rumpat teſtamentum, de leg.j.l.qui filiab.nu. 28 36
poſthumi iam nati poſt mortem grauati ueniunt in ſubſtitutione fideicōmiſſaria, de leg j.l.qui filiabus, nume. 13 eo.
poſthuma filia, an veniat in legato facto filiab. ſi de ea ſit, vel non, facta mentio in aliqua parte teſtamenti, ibi.nu. 1.& 8 35
poſthumus indefinite prolatus comprehendit omnes naſcituros, non collectiue, ſed diſtributiue, ff de vulg.& pup l.ſi pater, nume.7.ſol.90.& non cōprehendit niſi illum, qui naſcitur ex legitimo matrimo. in rub. ff.de lib.& poſthu.nu.17 113
poſthumus præteritus quando viuo teſtatore moritur reconualidatur teſtamentum ſolum de iure prætorio. de vulg.& pup.ſub. l. ſi quis, §. ſi ſuo teſtamento, nume.8 102
poſthumus ad hoc vt quis ſit propitius teſtatoris, plura requiruntur quam ad hoc ut ſit ſuus. de lib.& poſth.l.Gallus, nu.7 153
¶Potentia, potentior, & potentius.
potentia propinqua actui habetur pro actu. de leg.j.l.cetera, §. ſed ſi paratus, nu. 17 61
potentioribus noſtris pares eſſe non poſſumus, de leg. primo l. captatoriæ, numero 3 86
potentia cauſæ efficientis limitata limitatum producit effectum, ff.de vulg. & pup l.ſed ſi plures.§ ad ſubſtitutos, nu. 5 91
potentiores non ſunt idonei fideiuſſores, ff. ſoluto matrimo l.ſol.matri.numero 24 8
¶Poteſt uerbum, de per ſe non importat neceſſitatem, ſed uoluntatem. l.ius dicentis, nu.3.de iur om.iud. 51
poteſt uerbum, præcedente negatione non importat neceſſitatem præciſam, neque etiam parte petente. de lib.& poſth.l.Gallus, nu 23.& 26 153
poteſt uerbum, negatiue prolatum neceſſitatem inducit, ff. ſi quis cautio.l. ſed & ſi quis.§.quæſitum, nu. 26 117
poteſt uerbum, prolatum a legiſlatore importat potentiam, ſed non actum. de lib.& poſth.l.Gallus, nu.16 153
poteſt uerbum, quamuis ſit uoluntarium, tamen quando eſt directum ad iudicem, importat neceſſitatem, ff.de iureiuran.l.ad perſonas egregias, numero 6 65
poteſt verbum, aliquando non capitur extenſiue, quod quando ſit. ff. de condi.cau.da.l.quod Seruius, nu.5 120
¶Poteſtas poteſt aſſignare vni nobili totum palatium pro carcere, immo totam ciuitatem, ff.de condi.cauſa data.l.ſi pecuniam, §. ſed ſi acceperit, numero 5 118
poteſtas licet aliquib data eſt, tamen non poſſunt diſponere contra ſpecialiter ſtatuta, ff de iuſt.& iu.l omnes populi in repe.nu. 15 13
De poteſtate iudicis in uerbo, Offi & in uerbo, Iudex.
poteſtas ſeu commiſſarius, qui ex forma ſtatutorum habet arbitrium & poteſtatem procedendi non ſeruata aliqua iuris ſolennitate, an poſſit vigore talis arbitrij credere teſtibus non iuratis, ff.de iureiur.l.admonendi, in repe nu.187 95
poteſtati ſi aliquis daret alapam, poſſe poteſtas eum facere decapitare. l. qui iuriſdictioni, nu.3.de iur.om iud. 67
poteſtas quando eſt in ſyndicatu, debet ita honorari, ſicut quando eſt in magiſtratu.l nemo, nu 5.C.vt omnes iudices. 45
poteſtas an teneatur in ſyndicatu, C.de ſer.fug.l j nu. 16 2
poteſtas exiſtens extra territorium ſuum, an poſſit de cōſenſu ambarum partium ferre ſententiam, ff.de iuſt.& iu.l.ius plurib.nume 10 16
poteſtas non poteſt aliquem ponere ad torturam, niſi adſint legitima indicia vigore cuiuſcunque ampli arbitrij, quod habet poteſtas vel commiſſarius.C de teſt.miſ.l.milites, nu.2 62
poteſtas ſi non eſt ingreſſus officium, tamen præparauerat ſe ad ingrediendum, ſi interim moriatur, an hæredes ſui debeant habere ſalarium totius illius anni.l.diem functo.nu.33.de offi.aſſeſ. 50
poteſtas ſi fuerit ab officio propter culpam propriam remotus, aſſeſſores & officiales debent ab eius hæredibus habere ſalarium reſidui temporis.l.diē functo.nu. 23.de offi aſſeſ. eo.
poteſtas alicuius ciuitatis conductus ad unum annum pro certo ſalario, ſi mortuus eſt durante officio, an eius hæredes debeant habere integrum ſalarium pro toto anno, ibi.nu. 28

Poteſtas ſi ferat ſententias iniquas de conſilio aſſeſſoris ſui, vel ſuæ curiæ, aſſeſſor tenetur in ſyndicatu, & facit litem ſuam. l. omne officium aſſeſ. nu. 17. de offi. aſſeſ. 49
poteſtas vel officialis poſitus ad beneplacitum regis, intelligitur perpetuus, ff. de verborum obligationib. l. ſi Stichum aut Pamphilum, §. ſtipulatio. numero 6 36
poteſtas vel officialis non eſt de modicis, aut de leuiſſimis culpis ſyndicandus. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum, nume. 16 107
poteſtas ſi iurauit ſeruare ſtatuta, an tale iuramentum extendatur ad ſtatuta futura, ff. de verborum obligationib. l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, nume. 12 95
poteſtas ex cauſa poteſt tranſgredi ſtatuta etiam iurata, ff. de iuſt. & iur. l. omnes populi, nu. 34 12
poteſtas ſecularis non poteſt mandare Epiſcopo, ꝙ adiuuet eum in executione facienda, de ſententia per eum lata, ff. de re iud. l. a diuo Pio. §. ſententia, nume. 9 123
poteſtas ciuitatis an poſſit facere proclama, quod quicunque ceperit talem exbannitum, habeat centum a communi, ff. de iuſti. & iur. l. iuris operam daturum. nume. 21 3
poteſtas ſi poſſit inquirere de quocunque maleficio, ſtante ſic ſtatuto, licet vtatur verbo poſſit, tamen importat neceſſitatem, ꝙ iudex teneatur inquirere, alias punietur in ſyndicatu de negligentia. de l. & poſt. l. Gallus, numero 24 153
poteſtas ſi teneatur ex forma ſtatuti ſtare ad ſyndicatum pro ſua familia, & ſoluere condemnationem familiarium, non tenetur ſtare ad ſyndicatum pro eo, qui interim decedit, ff. qui ſatiſda. cogantur, l. ſi deceſſerit, numero 6 99
poteſtates ciuitatum noſtri temporis nunquid de iure communi habeant merum, & mixtum imperium, l. Imperium, de iuriſdictio. om. iudic. numero 25 58
¶ Pragmatica ſanctio, pragmatica ſanctio quæ ſit. in l. omnes, C. ſi contra ius vel vtil. publ. nu. 1 43
pragmatica ſanctio non requiritur in cauſis priuatorum, in l. vniuerſa, C. de diuerſis reſcr. nu. 1. cum ſeq. 44
¶ Practica. Quæ in practica certam l. habuerunt, minime ſunt mutanda, in l. rem quæ nobis, ff. de acq. poſſ. nu. 5 16
¶ Præbenda. præbendæ non vacantis conceſſio, an valeat, in l. da quæſtione, C. de pac. nu. 15 78
Reliqua in hac materia vide ſupra in verbo, Beneficium eccleſiaſticum.
¶ Precarium, & precaria. precarium in quo differt a commodato, in l. j. C. de iure emphy nu. 4. fol. 135. Item in quo differat ab emphy. vide ſupra in verbo, Emphy. in ſub. 7.
precarij conſtitutio transfert dominium & poſſeſ. in l. quoties, C. de rei vendi. nume. 14 130
precarium fit gratis, & poteſt quandoque reuocari, in l. j. C. de iur. emphy. numero 42 136
precarium appoſitum in inſtrumento dotali, quid operetur mortuo marito, an poſſeſſio & dominium transferatur in mulierem, in l. Neſennius, ff. de re iudi. in §. fundum, nu. 8 139
precarium non cadit in re propria. vide in l. nemo poteſt. in ij. lect. ff. de lega. j. nu. 38. fol. 80. & in j. lec. nu. 35 76
precarium naturaliter fit ad incertum vſum, ff. de acqui. poſſ. l. poſſideri, §. ex contrario, nu. 14 60
precarium & conductio an poſſint concurrere, in l. ſi quis ante, ff. de acq. poſſ. nu 6 & ſeq. 71
precarium poteſt fieri duobus modis, vno modo vt transferatur poſſeſſio, alio vt transferatur tenuta. ibidem, numero 7. vbi aliqua in hac materia. eo.
precarium proprie eſt, quando fit conceſſio rei immobilis pro annua penſione de quinquennio in quinquennium, vel de nouennio in nouennium cũ pacto renouandi, in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl. nu 33. fo. 17. & in l. j. C. de iure emph. nu. 42 136
precarium transfert veram poſſeſſionem, ff. de acqui. poſſeſſ. l. ſi quis ante, numero 2 71
precaria poſſeſſio, quæ conceditur emptori, eſt potens ad producendum vſucapionem ipſi emptori, ff. de acquir. poſſ. l. Pomponius. §. ſi is qui precario, numero 1 85
precario concedens dicitur poſſidere ciuiliter, ff. de acq. poſſ. l. poſſideri, §. ex contrario, nu. 10 59
¶ Præcedentia declarant ſequentia, de lega. j. l. legatum, nu 13. fol. 18. & econtra, vt in l. ſi ſeruus, §. ſi numerus. eo. tit. nu. 3 73
præcedentia magis influunt in ſequentia, quam econtra. vide de lega. j. l. cum filiofami. nu. 176 29
¶ Præceptum. ꝙ compareas ſi de tuo iure confidis, valet. l. nec quicquam, nu. 19. de offi. procon. & lega. 36
præceptum iuris naturalis eſt, ꝙ nemo locupletetur cum iactura aliena, ff. de iuſt. & iu. l. j. § huius ſtudij. nu. 17 4
præceptum executiuum factum ſine cauſæ cognitione, & quando iudex incipit a præcepto, tale præceptum eſt nullum ipſo iure, in l. nec quicquam, ff. de offi. procon. nu. 6 36
præceptum iudicis continens impoſſibile eſt nullum, in l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog. nu. 7 99
De præceptis teſtatoris vide in verbo, Teſtator.
præceptum fit confeſſo, vt ſoluat intra ſpatium decem dierum, de leg. j. l. ſi domus, §. in pecunia. nu. 3 93
præceptum iudicis de non alienando, an impediat alienationem, & ſic tranſlationem dominij, & concludit Bar. quod ſic, & hoc eſt intelligendum, vt hic, vide in quib. cauſis. de leg. j. l. filiusfa. §. diui. nu 33. & 45. fol. 126. & 127. & ſupra, in verbo, Alienatio.
præceptum iudicis & teſtatoris prohibens alienationem rei, æquiparantur, ibi. nume 36 126
præceptum iudicis nudum, vel ſine cauſa, vel ſine cauſæ cognitione, an valeat. de legatis j. l. filiusfami. §. diui. numero 77. folio 128. & in ij. lectu. numero 5 129
præceptum quodlibet iudicis dicitur ſententia interlocutoria. vide C. de procu. l. fin num. 2 94
præceptum teſtatoris de non alienando nudum, quod eſt, quando non continet rationabilem cauſam, nec apparet perſona cuius contemplatione ſit factum, non valet, ſecus ſi ſit perſona deſignata, in quam peruenire debeat ſi fiat alienatio de leg. 1 l. filiusfa. §. diui. nu. 1 125
præceptum an magis arctet quàm mandatum. C. communia de lega. l. omnia verbum. nu. 3 158
præceptum pœnale de faciendo aliquid intra certum terminum, habet tacitam conditionem, ſi erit poſſibile illud in termino fieri, ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſi deceſſerit. nu. 9 99
præceptum factum eſt ſtipendiarijs, ꝙ ante conſumptionem candelæ exeant ciuitatem. Quid ſi candela vento extinguatur, an locum habebit talis pœna, C. de his quibus vt indig. l. talis, nu. 4 133
præcepta iudicialia veteris teſtamenti in nouo non obligant, niſi in eo approbata ſint in l. qui ſe patris. C. unde libe. nu. 25 24
præceptum executiuum quamuis ſine clauſula iuſtificatiua non valeat, tamen ſi rigore talis præcepti aliquis ſolueret, non poſſet repetere. l. nec quicquam. nu. 7. de offi. procon. & lega. 36
præceptum iudicis comminatiuum, quod niſi compareat intra talem terminum, eum amplius non audiet, non valet. ibi. nu 8 eo.
præceptum Dei habens plures intellectus, in quo ſint variæ theologorum opin. ſi aliquis contrafaciat, ratione dubij non peccat, ff. de iureiu. l. admonendi. nu. 50 77
præceptum iudicis comminatorium de mulctando partem contumacem in pœna applicanda alteri parti, valet, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. 1. §. hoc iudicium. nu. 38 84
præceptum multiplicatiuum pœnæ non valet, l. nec quicquam. numero 10. de officio procon. & lega. Et de varijs præceptis vide ibidem, a num. 10. vſque ad nu. 18 36
præcepti tempore quando erat iam mortuus ſiſtendus, liberatur fideiuſſor, nec tenetur hæredem ſiſtere, ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi deceſſerit. numero 12 99
præceptum guarentigiatum factum a notario ex poteſtate ſibi attributa per ſtatutum, an æquiparetur præcepto iudicis ordinarij. in l. error. C. de iuris, & fact. igno. nu. 13 33
præceptum guaren. an cenſeatur ſententia interlocutoria, an vero diffinitiua, vide ibi. nu. eo.
Reliqua de præcepto iudicis videas in verbo, Iudex.
¶ Pretium. Pretia rerum venalium, ac cæterarum rerum mobilium variantur ex varietate, & diuerſitate locorum, ff. de eo quod certo loco, l. non vtique, §. nunc de officio, num. 4 161
pretium in pecunia numerata ſicut neceſſario requiritur in emptione, & venditione, ita in locatione, & conductione, ff. de præſcri. ver. act. l. naturalis, §. quod ſi facio, nu. 3 170
pretium iuſtum dicitur, quod poteſt reperiri ab alio, ff. de verb. obl. §. cohæredes, l. qui Romæ. nu. 24 138
pretium non ſuccedit loco rei in hypothecaria, ff. de pac. l. item quia, nu. 18. fol. 135. & in l. ſi cum ſeruum, ff. ſi cer. pet. nu. 6 35
pretium pro re certa ſi interueniat in contractu, & appunatur uarbum dare, ex parte eius qui obligatur ad ſpeciem, non eſt emptio, nec venditio, ſed contractus innominatus, ff. de condi. cauſa data. l. dedi tibi pecuniam, numero 1 123
pretium ſolutum ex cauſa venditionis validæ per condictionem indebiti repetitur. ff. de condi. inde. l. ſeruum meum. nu. 1 139
pretium ſuccedit loco rei in uniuerſitatibus, ſed non in ſingularibus, in l. re coniuncti, de leg. 3. nume. 109. fol. 141. & in l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cer. pet. numero 2 35.
pretium rerum, puta vini, & frumenti, & in ſimilibus variatur ſolo temporis curſu. & an in eis conſideretur intereſſe extrinſecum. ff. de verbo. obl. §. decem mihi, l. liber homo. nu. 7 129
pretio qui fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali vtitur, de leg 3. l. re coniuncti, nu. 110 141
pretium iuſtum rei immobilis probatur ſecundum æſtimationem redditu um, qui inde percipiuntur, de leg. primo, l. ſi fundum per fideicommiſ. numero 11 111
pretium quando, & in quibus ſuccedit loco rei, de lega. j. l. ſi fundum per fideicom. num. 42 122
pretium quando ſuccedit loco rei, ff. de acq. poſſeſ. l. poſſideri. §. ex pluribus nume. 43 58
pretium veſtimentorum perditorum licet quis recepit a fullone, tamen poſtea poterit recuperare veſtimenta inuenta penes furem, ff. de condi. ſine cauſa, l. ſi fullo, nu. 3 157
pretium rei meæ, quæ ad alium peruenit ex cauſa lucratiua, poſſum condicere ff. ſi cer. pet. l. ſi cum ſeruum, nu. 1 35
pretij ubi ſit mentio, an referatur ſolum ad venditionem, ff. de acqu. poſſ. l. ſi quis ante, nu. 20 72
¶ Præco, & præconizatio. De præconizatione vide infra, Proclama.
præconizatio vel proclama iudicis, ꝙ nullus contrahat cum tali, an ſufficiat, ut per hoc videatur ſibi bonis interdictum, ff. de verb. obl. l. is cui bonis, nume. 13 30
præco, qui vadit per ciuitatem præconizando, non poteſt interim citari verbaliter, nec etiam realiter, nec per perſonam capi. ff. de in ius uoc. l. in ius vocari, nu. 1 85
¶ Præda capta ab hoſtibus, an cenſeatur effecta ipſorum hoſtium, ſi apud eos pernoctauit, ff. de acq. poſ. l. 1. nu. 12 40
præda ex interuallo recuperata non eſt reſtituenda prioribus dominis, ſecus ſi incontinenti. ibi. nu. 11 39
Reliqua vide ſupra in verbo, Bona.
prædiatoria talia ſunt, qualia ſunt ſubiecta, ff. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta habere. §. hi qui ſunt, nu. 2 55
prædium non dicitur totale, niſi tradita poſſeſ. in l. de diuiſione, ff. ſolu. matr. numero 5 13
prædium urbanum in quibus differat a prædio ruſtico. in l. diuortio. ff. ſolu. mat. num. 48 18
prædia habere non eſt inutile. in l. legato generaliter, de leg. 5. nu. 1 58
prędium

prædium cenſetur obligatum pro oneribus publicis, in l.apud Iulia.§.hæres cogitur.ff.de leg.1.nu.2.& 4 57
prædia tributaria ſi negligantur per biennium, an eorum dominium perdatur.ff.de acq.poſſ.l.rem quæ nobis.nu.33 87
prædia vicina quæ dicantur. C.de his quibus vt indig.l.talis de antiquo.numero 2 133
prædium an quis poſſit dare in emphyteuſim reſeruando ſibi per pactum fructum aliquarum, vel etiam omnium arborum. ſolu.matri.l.ſi fundus.nume.5 22
prædium minoris ſi eſſet ſterile, an tunc poſſit alienari ſine licentia patris in teſtamento, l.mandata, nu.8.de offi.eius cui man.eſt iuriſd. 47
Reliqua vide ſupra in verbo, Fundus.
¶Prædo poſſidens rem alienam, ſi facit expenſas ſuper illa re, an repetat eas & qualiter.de lega.j.l.domos.nu.12 85
prædo, & ſic malafidei poſſeſſor percipiendo fructus committit furtum ff. de condi.inde.l.ſi vrbana, nu.3 150
prædo dicitur etiam ille, qui pretium numerauit, ſi apprehendit rem venditam aucto.propria.ff.de acq.poſſ.l.ſi ex ſtipulatione, nu.8 66
Reliqua uide ſupra in verbo, Fur.
¶Præfationes faciunt, ꝙ dicta in eis intelligantur in ſequentibus repetita, vt in l.Titia.2.idem reſpon.el ij.ff.de ver.ob., nu.1. cum plur.ſeq.vbi ponit quinque limitationes. 164
¶Præfectus prætorio poteſt condere ſtatuta.C.de iud.l.apertiſſimi.n.19. 113
præfecti militum, vel qui ſunt iuris imperiti, an magiſtri militum poſſint iudicare in cauſis militaribus.C.de iud.l.certi iuris.nu.4 113
præfectus ſentiens, ꝙ Imperator venit Romam ad coronam ſuſcipiendam, ſi faciat multa debita, tunc Imperator non tenetur ad ea. in l.qui iuraſſe. §. pater.ff.de iuriiur.nu 3 70
¶Prægrauari. Quis non debet prægrauari odio, culpa, ſeu delicto alieno. in l. ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inoff.reſt.num 2 156
¶Præiudicare. Præiudicium alicuius quando tractatur, ſi vltra taciturnitatem facit aliquem actum, qui videtur venire ad confirmationē eius quod agitur, tunc videtur ſemper in ſui præiudicium conſentire, ſol.mat.l.quæ dotis nu.85 38
præiudicare eccleſiæ poteſt prælatus per negligentiam ſuam, vide ſolu.mat. l.ſi conſtante, nu.539 35
præiudicari poteſt iuri & rebus priuatorum per generale ſtatutum populi, vel per duces belli, quando officium ab vniuerſis eſt eis commiſſum.l.Barbarius.nu.53.de offi.præto. 33
præiudicat minori parti, quod maior pars facit in his quæ pertinent ad plures, vel ad ſingulos, & agitur de præiudicando, ff.de pac. l.iuriſgentium, §. hodie tamen, nu.3.& 9 143.& 144
¶Prælatus ſolus poteſt donare noualia, quæ oriuntur infra diœceſim ſuam, ex quo non ſunt certe acquiſita eccleſiæ.de lega j.l.legatum.nu.18 18
prælatus eccleſiæ ſi iurat ſuper contractu, an tale iuramentum tollat eccleſię beneficium reſtitutionis in integrum.C.ſi aduer.vend.auth. ſacram. pube. numero 85 99
prælatus tantum poteſt quantum capitulum in eo, quod ad prælatum & capitulum ſpectat.de vulg.& pup.l.ſi pater.nu.4 90
prælatus an ſolus poſſit repudiare hęreditatem delatam monaſterio, vide ff. quod quiſque iur.l.ſi quis, §.ſi filius, nu.4 78
prælatus tanquàm prælatus locauit mihi prædium eccleſiæ poſtea mouetur ei quæſtio de prælatura, an pendente illa quęſtione prętudiciali tenear ei ſoluere.ff.de cond.indeb.l.ſi vrbana.nu.10 150
prælatus ſi contulit beneficium alicui pręſente capitulo, & non contradicente, capitulum tacens habetur tunc pro conſentiente propter coniunctionem, quæ eſt inter prælatum, & capitulum.ſolu. matrimo.l.quæ dotis, numero 36 38
prælatorum electio non poteſt fieri ipſis ignorantibus, poteſt tamen fieri eis præſentib.& inuitis, ff.de acq.hære.l.qui in aliena.nu 50 47
prælatus ſi eſt omnino deponendus, non tamen eſt adhuc accuſatus, vel inquiſitus, nunquid valeant infeudationes per eum factę. ff.de condi.ind.l ſi vrbana, nu.9 150
prælatus alienans rem eccleſiæ.& conſtituens ſe nomine emptoris poſſidere, an transferat poſſeſſionem, ff.de acq.poſſ.l.1.nu.110 44
prælatus dubitat non admittitur cum cautione de rato. idem in procuratore ad præſtandum, qui non admittitur cum cautione de rato, C. de proc. l.j.nume.7 94
prælatus poteſt facere, ne bona ingredientis monaſterium acquirantur monaſterio.l.ſi quis, §.ſi filius.nu.3.quod quiſque iuris. 78
prælatus ſolus quamuis non poſſit alienare res eccleſiæ immobiles ſine ſolennitate capituli, tamen ſi eſſent res viliſſimę, poſſet alienare ſine dicta ſolennitate, ff.qui ſatiſ.cog.l.ſciendum, nu.9 107
prælatus eccleſiæ fecerit compromiſſum ſuper rebus eccleſiæ ſuperiore inconſulto, an compromiſſum ſit nullum, de legat.j.l.nemo poteſt, in 2.lec. nume.47 80
prælatus cum toto capitulo ſi confiteantur feudum eſſe antiquum, & iurat omnia vera eſſe, quæ in inſtrumento continentur, quid iuris, C.an vſibus feud.nu 91 174
prælatus cum toto capitulo non poteſt alienare, nec denouo infeudare, nec in emphyteuſim concedere, niſi ſuadente neceſſitate, vel vtilitate eccleſię, vide, ibid.num.92
prælatus ſi cum capitulo confiteatur feudum, de quo aliquem inueſtit, eſſe antiquum, licet tali confeſſioni non ſtetur, ſi tamen interueniat iuramentum, valet, C.de colla.l.ſi donatione, nu.7 47
prælati eccleſiaſtici & adminiſtratores ſimiles legitimi quamuis habeant liberam adminiſtrationem, tamen non poſſunt remittere exceptionem peremptoriam, ff.de pac.l.contra iuris.§.ſi filius.nu.4 152
prælatus eccleſiæ non poteſt pręiudicare eccleſiæ ſine ſuo capitulo in quæſitis, ſed bene aliquando in quærendis.l.ſeruus.nu.2.C.de pact.ſol 56.& in l. ſi conſtante.ff.ſol.mat.nume.9.& 151.fol.58.& 32.& in l.filiusfami.§.diui. de leg.j.nume.52.fol.527.& in l.ſi quis in quo.§.ſi filius.ff.quod quiſque iur.num.2 78
prælatus quandoque continetur appellatione ſimplicis fratris, ff.de ver.obl. l.doli clauſula, nu.7 159
prælatus eccleſiæ poteſt alterare naturam feudi, vt remuneret ſeruitia recipientis, ff de iuſt.& iu.l.ex hoc iure, nu.61 20
prælatus poteſt res eccleſię alienare etiam immobilia gratia remunerandi ſeruitia, ff de iuſt & iu.l.hoc iure.nu.60 eod.
prælatus & capitulum ſi incidit in pœnam l.ſi quis in tantam, capitulum tenetur ad dimidiam, & prælatus ad altam dimidiam, C.de imp.& alijs ſubſti l.ſi quis duobus.nu.9 111
prælatus accuſatus in curia Romana non poteſt interim conueniri, vel agere tanquam ſyndicus monaſterij. C.de procurato. l.reum criminis, numero 5 95
prælatus ſi locet rem eccleſiæ ad nouem annos tantum, iſta non eſt alienatio, poſtea quando lapſi ſunt duo vel tres anni, iſte conductor facit ſibi relocare ad alios nouem annos incohaturos a die finitæ primæ locationis, nunquid valeat.ff.de iuſt.& iur.l.manumiſſiones.nu.8 6
prælatus locauit ad liuellum rem eccleſiæ ſeruatis debitis ſolennitatib. vſque ad annos 58.iſta eſt alienatio ſine dubio, ſed valuit, quia interuenerūt debitę ſolennitates pro accipiente, & filijs maſculis, & vna fœmina cum pacto renouandi vnum ex eis ad tantundem tempus, ff de iuſt. & iur.l.manumiſſiones.nu.9 7
Reliqua in verbo, Epiſcopus.& in verbo, Abbas.
¶Prælegatum ſimpliciter factum filio in poteſtate pro patre inſtituto ei debetur a cohærede, etiamſi ſit factum per verba repetitiua, quamuis ſe abſtineat ab hæreditate patris, quod etiam procedit in emancipato. in l.filio pater, ff.de lega.j.nu.2.& 20 119.& 150
prælegata veniunt in fideicommiſſo generali, non ſolum hæreditas, hęc regula limitatur C.de fideicom.l.cum verum.nu.1 153
prælegata an veniant per ius accreſcendi.ibi.nu.5
prælegatum factum matri, ſi a liberis non diſceſſerit, intelligitur & ei relicta cura liberorum.ff.de iuſt.& iur.l.manumiſſiones.nu.4 6
prælegatum factum inſtituto valet inſolidum, ſi non adit, ſi vero adeat redditur nullum pro parte, medio autem tempore pendent ſub conditione, ſi hæreditatem repudiauerit.de leg.1.§.ſi vni.l.qui filiabus.nu.2 37
¶Præoccupatio per litis conteſt.an ſufficiat, quando tractatur de iure quæſito præferendo. in l.ſi plurib.ff.de leg.j.num.55 46
præoccupatio rei iuris, ſeu dominij, an & quando quęratur per litis conteſta. vide ibi.nu.51 & ſeq. eo.
præoccupatio non cauſatur ex præſumpta iuſtitia agentis, ſed ex maiori diligentia, quę debet ſibi prodeſſe, vide de leg.j.l.ſi plurib.nu.55 eod.
Reliqua de præoccupatione iuris, in verbo, Iuriſdictio.
¶Præparatoria, ſeu præparamenta.
præparamenta etiam circa rem non impediunt repetitionem ex capite pœnitentię.ff.de condi.cau da.l.ſi pecuniam §.ſi ſeruum.num.6 117
præparamenta quamuis non faciant rem deſinere eſſe integram, quin locus ſit pœnitentię, tamen quando recipiens pecuniam incipit aliquid de ipſo facto, quod promiſſum eſt, illud bene impedit repetitionem, ff. de condic. cau.da.l.ſi pecuniam.nu.5 eod.
præparatoria præmitti debent, actio autem ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis.in rub.C.de eden.nu.1 45
præparatoria iudiciorum.ſupra in verbo, Iudicium.
¶Præpoſteratio ſicut non vitiat pupillarem ſubſtitutionem, quando inſtitutio eam ſequitur, ita etiam non vitiat vulgarem ſubſtitu. de vulg.& pup.l. moribus autem.§.prius.nu.6 84
¶Presbyter, vide in verbo, Clericus.
¶Præſcriptio an inducatur ex poſſeſſione. ff.de acq.poſſ.l.naturaliter.§.nihil commune.nu.21 76
De mala fide circa præſcriptionem, vide in verbo, Mala fides.
Item de poſſeſſione circa præſcriptionem, in verbo, Poſſeſſio.
præſcriptio ſi allegatur contra aliquem, poteſt replicari, ꝙ dominus ſemper poſſedit ciuiliter &c.de acq.poſſ.l.j.no.50 41
præſcriptio an habeatur pro completa, quando pauciſſimi dies reſtant.ff.de vſuca.l ſi is qui pro empto.nu.90 94
præſcriptio an interrumpatur per exceptionem, & citationem. ff.de eo per quem fac.erit.l.ex hoc edicto.nu.12 112
præſcriptio an poſſit impediri per præſcriptionem.de lega.1.l.nemo poteſt, in 2.lect.nu 83 81
præſcri.principaliter reſpicit priuatam vtilitatem præſcribentis, ſecundario publicam.de leg.j.l.nemo poteſt.in 2.lect.nu.84 eo.
præſcriptioni ſi renuntiatur cum iuramento, valet.de leg.j.l.nemo poteſt.in 2.lect.nu.85 94
præſcriptio an ſit contra ius naturale.ff.de iuſtitia, & iure. l.ius ciuile, numero 53 15
præſcriptio non cenſetur interrupta, quando actor per citationem non comparuit.ff.de in ius voc.ſuper rub.nu 5 84
præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non eſt in contrarium, poſſunt præſcribi ea quæ alias ſui natura non ſunt præſcriptibilia. de acq. hęr.l.is qui putat.nu.11 59
præſcriptio decennalis inducta per ſtatutum ſuccedit loco præſcriptionis 30 ann.& ſapit eius naturam, ff.de eo per quem fac.erit.l.ex hoc edicto.numero 6 112
præſcri.30 ann.an ſit merè odioſa.ibi.nu.5
præſcriptio quędam eſt merè fauorabilis, ſcilicet in vſuc.triennij, & quędam mixta.ibi nu.11
præſcriptio mixti vel meri imperij, an ſit fauorabilis, vel odioſa.l.imperium, nu.23.ff.de iuriſd.om.iud. 57
præſcriptio ſtatutaria minuens præſcriptionem longioris temporis aſſumit eius naturam.de leg.j.l.nemo poteſt.nu.87 78
præſcriptio ſtatutaria qualiter poteſt impediri per actum, vide cautelam.de leg.j.l.nemo poteſt, in 2.lect.nu.88 85
præſcriptio interrumpitur per dationem fideiuſſoris, quando ante præſcriptionem completam datur fideiuſſor.de leg.j.l.nemo poteſt.no.73 78
præſcriptionem cuiuſuis qualiter poteſt impediri per pactum. de leg.j.l.nemo poteſt.nu.74 eod.
præſcriptio dormit tempore, quo hæres conficit inuentarium, vel poteſt inuentarium componere. C. de iure deliberan. l.ſcimus iam.§ licentia. numero 7 125

Præſcri-

Præſcribens, qui habet conſcientiam dubiam, tamen dicitur eſſe bonæ fidei, & talis dubitatio ſuperueniens non impedit præſcriptionem, ſicut ſi ignoret, C. qui admit. ad bo poſſ. l. quamdiu, num. 6 10

præſcripta iuriſdictione, an videatur præſcripta poteſtas coercendi, ff. de acquir. poſſ. l. poſſideri, nu. 38 55

præſcribens cenſetur ſolniſſe, ff. de pact. l. ſi unut. §. pactus ne peteret, numero 31 150

præſcriptio non currit agere non ualenti, ff. de acquirenda poſſeſſio. in rubri. numero 5 38

præſcriptio interrumpitur per inundationem, ff. de acqui. poſſ. l. poſſideri, §. Labeo. nu. 5 65

præſcriptio cauſatur ex negligentia creditoris non petentis. ſol. mat. l. ſi conſtante, num. 38 29

præſcriptio an ſufficiat una in legato annuo, ff. de noui ope. nun. l. de pupil. §. ſi plu ium, nu. 3 14

præſcr. an una ſufficiat in ſtipulatione annua, ibi. nu. 4

præſcriptio & publiciana æquiparantur, ff. de acq. poſſ. l. rem quæ nobis, numero 24 87

præſcriptio de proximo perficienda habetur pro perfecta, ff. de iureiur. l. admonen. nu. 42 76

præſcriptio non currit ei, qui non eſt negligens, C. de inoffic. teſtam. l. contra maiores. nu. 1 122

præſcriptio tollit ciuilem obligationem remanente naturali, item præſcriptio xx. ann. non erat cognita de iure fforum, per quam tollitur obligatio ciuilis, & remanet naturalis, ff. de verborum obligationi. l. huiuſmodi, numero 3 24

præſcriptionis effectus conſumitur in fine, quando eſt perfecta præſcriptio. de acq. hær. l. is qui putat, num. 13 59

præſcriptio quando erit perfecta, & completa, præſertim tanto tempore, cuius initij memoria non ſit in contrarium, tunc præſumitur vſque retro fuiſſe cum ſubditis, ibi. nu. 15

præſcriptio inducta a ſtatuto in cauſis criminalibus, qualiter interrumpatur l. j. C. quando lib. prin da. nume. 9. ſol 40. & an ſufficiat ſola productio accuſationis, vel inquiſitionis abſque citatione partis, ibi. eo. nu. eo.

præſcriptione an & quando acquiratur dominium directum, in l. traditionibus, C. de pactis. a no. 13. vſque ad nu. 17 64

præſcriptio non procedit etiam in mille annis contra ius declarandi. l. petes, C. de pact. no. 9 & 11 66. & 67

præſcriptio non interrumpitur per litis conteſta. nullam, nec per libellum nullum, l. licet. C. de procu. nu. 5 & 6 93

præſcri. aliquando exponitur. i. exceptio, ſed proprie ſtat pro lapſu temporis, in l. contra maiores, C. de inoffi. teſt. nu. 3 122

præſcriptionum quædam ſunt fauorabiliores, quædam odioſæ, quædam mixtæ, quædam ſunt natura currentes, remiſſ. in auth. quas actiones, C. de ſacro ſan. eccl. nu 28 26

præſcrip. interrumpitur per ſolutionem unius nummi factam nomine cenſus, in auth. qui rem, C. de ſac. ſan. eccl. nu 15. & 16 52

præſcriptio quanto tempore procedit contra eccleſiam, & ciuitatem, in l. vt inter diuinum. C. de ſac. ſanct. eccl. nu. 13 54

Contra quos, & quib. caſib. eccleſia, & ciuitas non gaudent præſcriptione centum ann d. l. vt inter diuinum. nu. 20 eod.

Si eccleſia habeat iuriſdictionem, quod contra eam præſcribatur xl. ann. & ſi t Eccl Ro. requiruntur centum an. ca. l. vt inter diuinum, nu. 21 eod.

Quanto tempore præſcribat contra communitatem, cui cõceſſit iuriſdictionem vide ibi. eod.

præſcriptio ſi procederet contra priuatum in x. xx vel xxx ann. tamen contra eccleſiam nunquam præſcribitur minori tempore 40. ann. vide in authen. quas act. C. de ſacroſ. eccl. nu. 1 25

De præſcriptione contra eccleſiam vide latius in eadem auth. quas actiones, a nu. 2. uſque ad fi. auth. eod.

præſcriptio futura an poſſit tolli per pactum, in d. authenti. quas actio. numero 31 26

Si princeps vel dominus ſteterit per centum annos, quod vaſallis ſuis non impoſuit aliquod onus, uel non eſt uſus in caſtro iuriſdictione, quia non occurrit caſus, in nihilo præſcribatur, C. de diuerſ. reſcrips. num. 2 44

¶ Præſcriptis verbis actio. Actio præſcriptis verbis eſt duplex, & ex quib. contractibus innominatis oriatur, in l. petens, C. de pac. nu. 15 67

Reliqua vide ſupra, in verbo, Actio. in rub. de actione præſcr. verb.

¶ Præſentatio. De præſentatione patronorum. in verbo, patronus.

De obligato præſentare aliquem in iudicio. in verbo, promiſſio. in rubri. de promiſſio. aliquem ſiſtere &c.

¶ Præſentia. præſens præſumitur ſciens, ff de ius voc. l. j. nu. 15 85

præſens in iudicio compellitur ſuſcipere libellum abſque alia citatione, ff. de in ius voc. l. j. nu. 8 eod.

præſens ſi præſentem interroget per epiſtolam, & ille per epiſtolam reſpondeat, an contrahatur ſtipulatio valida abſque expreſſione verborum, ff. de ver. ob. l. ſtipulatio. nu. 3 4

præſens ſi quis eſt, & tacet, quando teſtator legat rem ſuam, an tacendo ſibi præiudicet. de leg. primo. l. ſi fundum per fideicomm. numero 41. ſed quid ſi teſtator legat rem meam me expreſſe conſentiente, an poſſum per pœnitentiam illud impedire, & conſenſum præſtitum reuocare, numero 42 122

præſentia ſola an inducat conſenſum, ibi nu. 7 121

præſentes eſſe debent, aut legitime citati legatarii, & creditores, & duo notarij in confectione inuentarij faciendi per heredem de bonis teſtatoris, ff. ſol. ma. l. ſi conſtante, nu. 11 28

præſens in dubio quis præſumitur fuiſſe in loco, in quo eſt ciuis, ſi non probetur abſentia, de acq. hær. l. is poteſt num. 77 63

præſentia ſola licet in confeſſione liberatoria ſufficiat, tamen confeſſio facta ad obligandum etiam in iudicio, & in præſentia, ad hoc vt ſit ualida, requiritur quod expreſſe acceptetur per partem, ff. de pact. l. tale pactum, numero 7 156

præſentia poteſt eſſe ſine vſu. ff. de acqui. poſſeſſ. l. poſſideri, §. Nerua filius, numero 2 64

præſentis temporis verbum, an & quando trahatur ad futurum, in l. cum ſtipula ff. de verb. ob. nu. 1. cum plu. ſeq. 119

præſens quis poteſt eſſe corpore, & abſens animo, ff. ſol. ma l. ſol. ma. §. voluntatem autem, nu. 26 11

præſens quando potuit actum impedire contradicendo, tunc tacens præſumitur conſentire. ff ſol. ma. l. quæ dotis, nu 68 38

præſens, ſciens, & tacens, an & quando videatur conſentire, & quando non, vide ſol. ma l. quæ dotis, nu. 59 & 98 34. & 39

præſentia conſanguineorum, quæ requiritur in contractib. mulierum, non præſumitur interueniſſe ex diuturnitate temporis. de acq. hære. l. qui in aliena. nu. 52 48

præſentia iudicis, & agnoſcentia bon. poſſ. iſta duo neceſſaria interueniunt in bo. poſſ ff de acq. hær. l. qui in aliena, nu. 59 47

præſentia libri euangeliorum habetur pro iuramento ſoli epiſcopo, etiam ſi producatur in teſtem, ff. de iuriu. l. ait prætor. §. iurare. num. 3 56

præſentia partium non requiritur in pacto tacito a lege inducto, ff. de pact. l. j. nume. 6 133

præſentia omnium hæredum non requiritur in apertura teſtamenti, ff. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia, nu. 2 48

præſentia æquipollet citationi. de lib. & poſtb. l. j. nu. 16. ſol. 124. & in l. j. de in ius unc. nu. 1 84

præſentia perſonæ inducit, vt illi per alterum quæratur actio ſine ceſſione, & iſte eſt verus caſus, in quo per liberam perſonam alterius poteſtati non ſubiectam quæritur alteri actio ſine ceſſione, ff. de verb. ob. l. ſi procurator præſentis, nu. 2 97

præſentia partis an requiratur, vel citatio in laudo arbitratoria, ponit opiniones, deinde ponit opinionem contrariam contra Bar. ff. de verb. ob. l. ſi quis arbitratu. nu. 21 63

præſentia cum ſit de intrinſeca ſolennitate ſtipulationis, in dubio præſumi debet, ff. de verbo. obligatio. l. Titia, §. idem reſpondit cum Septitius, numero 5 165

præſentia perſonæ aliquando requiritur ad cognitionem cauſæ, quæ ſine ea fieri non poteſt. de lib. & poſth. l. Gallus. §. forſitan. nu. 9 170

præſens & tacens non videtur conſentire, quando contradicendo non poteſt impedire actum fieri de re ſua. ſol. mat. l. quæ dotis, nu. 90 39

præſens in iudicio præſumitur fuiſſe citatus, ff. de in ius vocan. l. prima, numero 11 85

¶ Præſes in vnaquaque prouincia morabatur in ciuitate principali. l. quæcunque. de offi. eius cui manda. eſt iuriſ. nu 21 42

præſes vel poteſtas ſi cõuocato conſilio ciuitatis fecit præceptum, quod aliquis non auderet loqui ſub certa pœna, pone, aliquis impatiens ſilentij locutus eſt, & alius dixit eum incuſando, domine poteſtas, iſte incidit in pœnam, & ille eleganter reſpondeat, & in quæ pars es, an vterque in pœnam incidat. l. illud eleganter, nume. 6. & 7. quod quiſque iur. 79

præſes licet poſſit delegare, tamen non poteſt loci conſeruatores conſtituere. l. quæcunque, nu. 56 de offi. eius cui manda eſt iuriſ. 45

præſes duarum prouinciarum exiſtens in una poteſt ius dicere quo ad alt. l. extra territorium. nu. 9. de iuriſ. omn. iud. 74

præſes quid ſit, & quid differat a proconſule. l. quæcunque. nu. 18. de offi eius cui manda eſt iuriſd. 42

præſes non poteſt expreſſe præiudicare ciuitati, tamen bene poteſt negligendo & non agendo. ff ſol. mat. l. ſi conſtante, nu. 10 78

præſide mortuo, nunquid aſſeſſores debeant ſtatim habere ſalarium reſidui temporis, an uero debeant expectare fin. anni. l. diem functo, nu. 16. de offi. aſſeſſo. 50

præſes quando eſt remotus ante tempus, aſſeſſores non debent habere ſalarium reſidui temporis, ibid. nu 3. & 22 49. & 50

Reliqua vide ſupra in verbo, Iudex. & in verbo, Magiſtratus, & officialis.

¶ Præſtatio triennalis ſicut ſufficit ad inducendam obl. in caſu fauorabili, ita ſufficit ad inducendam liberationem in caſu odioſo vſurarum, in l. ſi certis annis, C. de pact. nu. 4 68

præſtatio triennalis an & quando inducat obligationem in futurum. ibi. nume 3. & 4 eo.

præſtatio decennalis quid operetur, & quid poſſeſſio & patientia, ibidem, numero 4

præſtatio triennalis, an veſtiat pactum nudum, in d. l. ſi certis annis, numero 1 57

præſtatio ſextannis non poteſt reuocari prætextu deceptionis, vel læſionis. l. j. nu 9. C. de pac. 55

præſtitum ultra ordinariam penſionem ſingulo quinquennio, puta plauſtrū lignorum, illud dicitur eſſe in fructu, ſolu. matri. l. diuortio, §. quod in anno, nume 7 19

præſtatio triennalis concurrente duplici fauore. ſ. alimentorum, & vltimæ volunt. quid operetur, in l. j. C. de fideic. nu. 1. cum ſeq. 147

præſtans opem uel conſilium facto, an teneatur, & qua pœna, in l. j. C. de fur. numero 7 5

Præſumptio. Contra præſumptionem iuris tantum admittitur probatio in contrarium, in l. ſi mater, C. de inoffic teſt. numero 7. ſol. 116. ſecus contra præſumptionem iuris, & de iure, niſi per partis confeſſionem, vt l. Titia, ff. de ver. ob. nu. 28 163

præſumptio ſiniſtra in dubio capi non debet, in l. 2. §. ſi ſeruus quem, ff. de acqui. poſſ. num 2 63

præſumptio fortior tollit ſortem, in l. ſi quis in fundi voc. ff. de legat. primo, numero 21 10

præſumptio cadit ſuper dubio, fictio ſuper incerto, in l. talis ſcriptu. ff. de legat. j. num. 27 43

præſumptio l. non eſt præſumptio iuris, & de iure, cui admittatur probatio in contrarium, in l. licet Imperator, ff de leg. j. nu. 4 97

præſumptiones propter occultas fraudes vſurarum prævalent confeſſioni partis, ibid. nu. 10

præſumitur a partibus eſſe actum, quod tacite venit de natura contractus in l. cum quid, ff. ſi cer. per. nu. 4. in j lec. 7

præſumptio, quæ reſultat ex facto libellantis, oportet quod expreſſe allegetur. ibi. nu. 12 8

præſumptio leuis malitiæ contra opponentem non ſufficit ad eum repellendum, ff. de re iu. l. ſi non obtulit, §. condemnatum, nu. 20 118

Præſumptio

Præſumptio non eſt elicienda ex actibus noſtris, vltra quam ipſi de ſe neceſſario inducant, ff. de verborum obligationi. l. qui Romæ, §. duo fratres, numero 53 145
præſumptio eſt certa extrinſeca, quando coniectu. animi alicuius non ſtatur aſſertioni iurare in contrarium in præiudicium alterius. limita tamen, ſi talis perſona eſt alias ſide digna, quia bene ſtatur tunc eius iuramento, ff. de acq. hær. l. pro hærede, nu. 8 64
præſumptiones oppoſitę inuicem ſe confundunt. & non præponderat altera alteri, de acq. hær. l. ſi poteſt. nu. 49 62
præſumptio legis an dicatur propria, & vera probatio, C. de teſta. mil. l. j. nu. 20. ſol. 54. & in l. ſciendum, ff. de uerb. ob. nu. 56. fol. 47. & in l. licet imperator, ff. de leg. j. num. 7 97
præſumptio uiolenta, quæ habet vim plenæ probationis in ciuilibus an ſufficit ad condemnandum in criminalibus, C. de ſeru. fugit. l. prima, numero 28 3
præſumptio ſeu occaſio leuis eſt quandoque magni ponderis, & momenti, ff. de iureiu. l. ſi duo patroni, nu. 4 62
præſumptio qualisqualis nunquid ſufficit, vt deferri debeat iuramentum in ſupplementum probationis, ibid. nu. 5
præſum. iuris eſt, q nemo velit poſterioritatem alienam præferre ſucceſſioni ſuæ aut ſuorum, ſiue ſint filij legitimi & naturales, ſiue naturales tantũ, C. de inſt. & ſubſt. l. generaliter. §. cum autem, nu. 2 99
præſumitur poſt facto iudicis, q ſpoliatus ab eo non poteſt petere reſtitutionem. ff. de acqu. poſſ. l. iuſte poſſidet, nu. 3 72
præſumptio uiolenta, quæ in ciuilibus habet vim plenæ probationis, in criminalib. non ſufficit ad condemnandum quem corporaliter. de acq. hær. l. ſi quis mihi, §. ſed quid ſi mandauit, nu. 14 72
præſumptio alia quælibet ſufficit ad excludendam præſumptionem donationis, quæ præſumitur in ſcienter ſoluente indebitum, ff. de condi. inde. l. ſi non ſortem, §. ſi quis falſo, nu. 2 133
præſumptio iuris niſi eſſet contra aſſerentem, non ſtaretur eius iuramento, de acq. hær. l. pro hærede, nu. 15 64
præſumptio vna tollitur per aliam, & præſumptioni fortiori ſtatur. de verb. obli. l. Titia. § idem reſpondit cum Septitius, nume. 8. ſol. 165. in l. quod in rerum, § ſi vſumfructum, ff. de leg. j. nume. 2. ſol. 39. & in l. licet imperator, eo. tit. nu. 4 97
præſumptio donationis, quæ præſumitur in ſoluente ſcienter indebitum, vt excludatur, ſufficit quælibet alia præſumptio, etiam ſi capiendo illam aliã præſumptionem actus ſit inualidus, & inefficax. ad ſenatuſc. Treb. l. j. §. denique. nu. 11. & 13 156
præſumptio non debet accipi malæfidei, ff. de acq. poſſ. l. poſſideri. §. ſi ſeruus quem, nu. 2 63
præſumptionem iuris quis habet pro ſe, ſi pars aduerſa vult probare contrarium, opus eſt, q probet per euidentiſſimas probationes, ff. de condit. cau. da. l. ſi extraneus, nu. 13 158
præſumptio quando poteſt capi alia, quam donationis, non præſumitur donandi animus. de legatis primo, l. ſi fundum per fideicommiſſum, numero 19 121
præſumptio donationis ceſſat, quãdo alia præſumptio poteſt habere locum, ff. de leg. j. l. ſumptus, nu. 1 85
præſumptiones duæ ſunt pro inſtrumento. q ſit verum, & q ſit ſolenne, ff. de pact. l. iuriſgentium, §. quod fere, nu. 5. 3 & 4 142
præſumptiones legum rebus non veriſimilibus aptandæ non ſunt, ff. de cond. cau. da. l. ſi extraneus, num. 15 128
præſumitur in dubio conceſſum ad poſtulationem partis, l. ſi quis iniquum. nu. 2. ff quod quiſque iuris. 76
præſumptio tituli allegati inducitur ex longo tempore contra patientem, & negligentem. de acq. hær. l. qui in aliena, nu. 47 48
præſumptiones legum ſunt liquidiſſimę, & euidentiſſimæ probationes, ff. de acquiren. poſſeſſ. l. naturaliter, §. nihil commune, nume. 121. ſol. 81. & in l. ſi quis in fundo voca. ff. de leg. j. nu. 47. fol. 11. & in l. licet imperator. eo. tit. numero 7 97
præter, hæc dictio ſi adijciatur ei, quod continetur ſub genere præcedenti, ſtat exceptiue, alias ampliatiue, & ponitur pro ultra, in l. Titiæ text. ff. de leg. j. nume. 30 52
præter. & præterquam, quando ſint exceptiuæ, & quando non. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. nu. 36 151
præter, quando ponitur in aſſignatione termini, ſtat incluſiue. in l. j. ff. ſi quis cautio. nume. 14 113
¶Præteritio facta de filia, quę renuntiauit hęred. paternę cum iuramento, an valeat. in l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de lib. & poſthu. nu. 10 131
præteritio facta de filio in poteſta. qui vult ingredi religionem, an valeat. ibid. nu. 11. vbi etiam ponit, quid quando cogitauit de ingreſſu, & quando dicatur cogitaſſe. eo.
præteritio facta banniti valet, & fiſcus non poterit agere in bonis patris. ibi. nume. 15 eo.
præteritio eſt quaſi delictum patris. vide ibi. nu. 26 eo.
De præteritione quando rumpatur teſta. vide in verbo, Teſta.
præteritus dicitur filius, quamuis ei ſiat ſubſtitutio, & quamuis alij ſubſtituatur ſub conditione, ſi filius viuo patre moriatur, in l. ſi quis, §. ſi ſuo teſta. ff. de vulg. & pup. nu. 5 105
præteritus, qui contra ea teſt. patris, ſi ſuccumbit, an perdat ſibi relicta in teſtamento. l. j. C. de bon. poſſ. contra. nu. 6 22
præteritus ſi velit teſtamentum eſſe nullum, & non aliter, quod nullatenus poſſit hoc facere, in l. ſi filius qui in poteſtate, ff. de liber. & poſthum. numero 37 132
ſi filius in poteſtate ſit præteritus in primo gradu, & ſecundo exhæredatus, primus gradus eſt nullus. ibi. nu. 38 eo.
præteritus licet viuo patre decedat, per hoc teſtamentum reconualidatur. in d. l. ſi filius qui in poteſtate. nu. 15 131
præteritus licet approbet teſtamentũ patris, non tamen per hæc reconualeſcit de iure ciui. licet bene æquitate prætoria. in rub. ff. de liber. & poſth. numero 20 123
pro præterito habetur filius inutiliter inſtitutus. in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de lib. & poſt. nu. 3 174
